[Cziráky, Antal Mózes, gróf]

DISQVISITIO HISTORICA

DE

MODO CONSEQVENDI


SVMMVM IMPERIVM

IN

HVNGARIA

A PRIMORDIIS MONARCHIAE

IN HAEC TEMPORA.



BVDAE,

Typis Regiae Vniversitatis Hungaricae.

1820.

Il y a des nations, dont on ne sait parler qu'avec insulte, parce qu'on les a insultées pendant vingt ans. Les imputations les plus odieuses sont passées dans l'usage général et dans les vocabulaires ; on a été jusqu'à représenter le bonheur des uns comme incompatible avec celui des autres ; on a vu des professeurs de haines nationales.

De Pradt du Congrès de Vienne
Tome II. page 236.

DE

MODO CONSEQVENDI

SVMMVM IMPERIVM

IN

H V N G A R I A.

I.

Posteaquam anonymi Belae Regis Notarii Historia septem Ducum Hungariae publicam anno 1746. lucem adspexit, — qui de jure, illiusque origine, modo et ordine, quo Principes nostrates sibi invicem succedebant, prolixius disseruerunt, pseudonymus Eusebius Verinus *a*), Franciscus Adamus Kollár *b*), Georgius Pray *c*), Daniel Cornides *d*), et com-

a) Comment. jurid. crit. de hered. Jure Sereniss. Domus Austriacae. — *b*) Hist. Jurisque publ. Regni Vng. Amoenit. Vol. 1. — *c*) Annal. Regum Hung. et Hist. Reg. Hung. in Notit. praev. — *d*) Genealogia Reg. Hung. Epistola item ad *Antonium Gánótzy*. —

complures alii, — esto pro ea, quam quisque sibimet ipsi e laudato Anonymo, tamquam e communi fonte derivatam praestituit hypothesim, mirum in modum a se invicem discrepent atque dissentiant; eo non obstante aliquam tamen electionis speciem post Arpadum etiam interdum apud nostrates legitime obtinuisse, passim admittunt, illudque penitus, quod sciam, primus negavit Franciscus Rudolphus Grossinger *a*), homo sublestae fidei, et calumniator suae gentis unus omnium celeberrimus. Eandem sententiam subinde Illustris Georgius Sigismundus Lakits *b*), armis tamen ac scribendi genere a priori diversis, propugnandam suscepit; quam et Antonius Wilhelmus Gustermann utcunque sequi velle videtur in Opere, anno 1811. idiomate germanico Viennae vulgato *c*), usus ea scribendi ratione, qualem neque erga privatum: adversus integram certe nationem, virum gravem, et a studio partium alienum, adhibere minime decuit.

II.

a) In Jure publ. Hung. — *b*) Lib. sing. de haeredit. succedendi Jure Ducum primum, deinde Regum Hung. — *c*) Cui titulus: Die Ausbildung der Verfassung des Königreichs Ungern. —

II.

Superfluum quidem pene videri posset moderno tempore de eo disceptare, haereditariumne olim Hungaria, utrum electivum Regnum fuerit; Augustae enim Domui Austriacae perpetuam in Regno Hungariae Successionem, cum jure primogeniturae, Masculis quidem divo Leopoldo I. regnante anno 1687. *a*), deinde sub hujus filio Carolo femineo etiam Sexui anno saeculi prioris vigesimo tertio *b*), nova utrinque fundamentali lege delatam, stabilitamque fuisse nemo nescit; sed cum eorum plerique, qui sola duntaxat et absoluta haereditate Principes nostros inde ab exordio Monarchiae hungaricae, usque Josephum I. quoque, Coronam legitime tenuisse, jus autem electionis, quantacunque demum sui parte penitus exulasse volunt; — ultra progressi, jam etiam multa inde consectaria prorsus iniqua in avitam Constitutionem, in Nobilitatem et illius jura, in ipsum adeo Nomen hungarum, atque Nationis characterem, vel aperte derivent, vel saltem ta-

a) Art. 1. et 2. — *b*) Itidem art. 1. et 2. —

cite occulta veluti machinatione eo ictum designent: non ignobile isthoc Juris publici domestici objectum paulo operosius disquirere in animum induxi; non studiis privatis actus, verum solius veritatis et Patriae amore.

III.

Monarchiae apud Hungaros vetus est initium, quod duo inprimis Scriptores Augusti Leo Sapiens *a*), et Constantinus Porphyrogenitus *b*) testantur. Hujus posterioris narratione tenemus, Gentem hungaram, dum civitatem fundaret, sibi proprio consensu Ducem sponte delegisse, quin tamen in ejusdem, cui supremam potestatem crediderat, patrimonium, regionem quoque suorum sanguine acquisitam una transferret, sed migrantium illius aetatis populorum more, ordo in imperio succedendi a libera nationis voluntate erat repetendus, quem vel pactum subjectionis diserte expresserit, vel constans ac perpetua observantia sensim introduxit.

Pa-

a) Tacticorum cap. 18. — *b*) De administrando Imperio cap. 38. et seqq.

Pactum simile intercedere debuisse, indoles introductae Monarchiae dubitare non sinit, ad quod perficiendum communis assensus viva voce declaratus, atque ipso postea usu firmatus suffecit; erraret enim is mea opinione vehementer, qui electionem Principis, modumque administrandae rei publicae, ab Hungaris novas sedes quaerentibus, authentico quopiam Instrumento, vel solenni Diplomate comprehensum, roboratumque fuisse crederet, quos illo tempore, sive proprio, sive a vicinis mutuato litterarum charactere usos fuisse, nequidem probabili quadam conjectura suspicari licet. Cum igitur scriptus ejusmodi Tractatus vix, ac ne vix quidem, aliquando exstiterit, authenticum saltem illius exemplar hactenus nuspiam reperiatur, Historiae consulendae sunt, indeque quoad suppetit eruendum: utrum Pactum primaevum, per quod formam regiminis non minus atque personam imperantis determinare placuit, praeter jus Successionis haereditarium Stirpi regnaturae delatum, ordinem quoque in imperio succedendi clare defixerit; deinde an ea haereditas ad sexum etiam femineum pertinuerit.

IV.

Quantum ad primam quaestionem; secundum Constantinum Porphyrogenitum, qui haec, ut ipse fatetur, quinquaginta duntaxat annis tardius, quam gesta sint, conscripserat *a*), Arpado (Árpád), aut si anonymo Notario fides tribuatur, jam istius patri Almo (Álmos) Principatus ab Hungaris, et quidem jure haereditario delatus erat: „Visum potius, ait „ Constantinus *b*), illis fuit, Arpadum Prin„ cipem constituere, quam patrem Salmu„ tzem.“ Deinde paulo inferius: „Ante hunc „ Arpadum Turcae (quo nomine Hungaros „ compellat) Principem alium nullum habue„ runt, ex cujus etiam posteris ad hunc us„ que diem Princeps Turciae constituitur.“— Anonymus vero: „Elegerunt, inquit, sibi Du„ cem ac Praeceptorem in filios filiorum suo„ rum usque ad ultimam generationem Al„ mum, filium Ugek, et qui de ejus gene„ ratione descenderunt.“ *c*) — Item: „Ut „ quam-

---

a) Conf. *Georg. Pray* Histor. Reg. Hung. Part. 1. in notitiis praeviis p. 6. — *b*) op. cit. cap. 38. — *c*) Historia Ducum Hung. apud *Schvandtner* cap. 5. —

„ quamdiu vita duraret — — semper Ducem „ haberent de progenie Almi.“ *a*)

Ambo, ut videmus, Scriptores, etsi in persona primi Ducis discrepent, in eo utcunque consentiunt, quod Hungari summam imperii Stirpi Arpadianae in omnes generationes haereditario jure contulerint. At neuter illorum (praeter quos fontes alii, ex quibus rei illo tempore gestae veritatem hauriamus, nulli existunt) vel verbulo memorat, eadem occasione primogenitum, aut seniorem, vel gradu sanguinis proximum, seu quemcunque alium de familia speciatim fuisse designatum, in quem post decessum uniuscujusque Principis regimen ipso facto devolvatur. Quis itaque, nisi sibimet ipsi, aut aliis illudere velit, generalibus illis, quos ex utroque Scriptore paulo ante recitavimus, terminis, ordinem quempiam succedendi inter Principes Arpadiani sanguinis observandum indicari contendet? Minus adhuc sibi ullus persuadebit, si eatenus aliquid in specifico fuisset determinatum, rem tanti momenti, ac proprie substantialem, praesertim Constantinum Impe-

ra-

a) Loco citato cap. 6. —

ratorem latere potuisse, vel data opera silentio praeteriisse, quo nemo melius atque uberius primordia Civitatis hungaricae descripsit.

V.

Quare pronum est concludere, regni haereditatem, citra personae discrimen, Arpadi descendentibus omnibus et singulis, *jure geniturae*, aequaliter competiisse, e quibus unus prae reliquis suffragio Ordinum ad gubernandam rempublicam deligeretur. Profecto dum lex, quae successionem cuipiam familiae generatim tribuit, una personam immediati successoris nominatim non defigit, eandem personam, inter haeredes jure pares, quia medium non datur, haud aliter, quam electione populi constitui oportet. Atque istum modum consequendi summum imperium, quem Jurisconsulti successionem mixtam, veluti electione temperatam, appellare consueverunt *a*), etiam Constantinus per verba supra adducta: *ex cujus posteris Princeps constituitur*, indicare voluisse videtur; cum

res

a) *Martini* de Jure Civitatis c. 13. §. 419. —

res ipsa loquatur, eum, cui sola nativitas jus imperandi exclusive tribuit, non amplius opus habere, ut in Principem constituatur.

VI.

Adductis testimoniis historicis nihil contineri animadvertimus, quod vel conjecturandum relinqueret, cum origine Monarchiae una ordinem in imperio succedendi determinatum fuisse. Pergamus porro, quoadusque diplomatica documenta nos deficiunt, lucem aliquam a fidedignis Scriptoribus mutuare, qua coruscante inter antiquitatis tenebras deprehendere valeamus, utrum forte non usus id ipsum, quod aperte definitum non erat, tacite adoptatum fuisse remonstret. — Audiamus iterum in rem Constantinum Augustum, de liberis et proximis Arpadi Successoribus disserentem: *a*) „Sciendum vero (sunt verba „illius) Arpadem magnum Turciae Princi„pem filios genuisse quatuor, quorum pri„mus Tarkatzus (Tarkatzos), secundus Je„lech (Jeles) tertius Jutoczas (Jutóczás),

„ quar-

---

a) De administrando Imperio cap. 40. —

„ quartus Zoltas (Zsoltán). Rursus Arpadae
„ primogenitus Tarkatzus filium habuit Tebe-
„ le (Tébelő); alter Jelech filium genuit Eze-
„ lech (Szeles), tertius Jutoczas filium su-
„ scepit Phalitzin (Falitz), qui nunc prin-
„ cipatum tenet; quartus Zoltas filium habuit
„ Taxim (Taksy). — Et omnes quidem Arpa-
„ dae filii mortui sunt, superstitibus tantum
„ ejus nepotibus Phale, et Tase (Tasy) cum
„ patrueli eorum Taxi; Tebeles moriens
„ filium reliquit Termatzum (Termátz).“

Patet hinc Zoltam seu Zultam, inter filios Arpadi natu minimum fuisse; qui tamen illi omnium veterum Scriptorum nostrorum consensu in regimine successit. Si quis cum Antonio Vilhelmo Gustermann *a*) arbitrarie asserere velit, hoc ideo factum fuisse, quod seniores Arpadi filii ante patrem obierint, reponam, id quidem dici facile posse, sed assertum probam non constituere. Deinde quaeram, num etiam omnes omnium trium seniorum Arpadi filiorum filios, quos Porphyrogenitus enumerat, ante avum decessisse fingere lubeat? aut qui factum sit, ut prae-

sta-

a) Op. cit. Tom. 1. §. 11. pag. 42.

stabilito jure primogeniturae, et lineali successionis ordine, sublataque penitus electione, Phaliczis, Arpadi ex tertio filio Jutocza nepos, principatum prae Termaczo, a primogenito filio oriundo, obtinere potuerit? de quo scilicet, velut eotum in vivis agente, Constantinus loquitur.

VII.

Nihil autem interest hoc loco indagare, quomodo mox laudatus Scriptor cum Chronicis patriis conciliari possit, in quibus Zultae Toxus, seu Taxis filius successisse traditur; sive enim Phaliczis, seu Toxus post Zultam imperavit, utrinque, quod ad praesens argumentum pertinet, aeque colligitur, incolumi adhuc primogeniti Arpadi filii stirpe virili, quin ullus huic injuriam illatam perhibeat, imperium aliis ex eadem familia delectis, assertum fuisse.

Toxum in regimine filius Geiza, per Hungaros a morte patris, ut Aloldus de Peklarn *a*) diserte fatetur, *electus* excepit; hunc Stepha-

a) In Notulis anecdot. ad annum 972. —

phanus, quem pariter *communi suffragio* paternum solium conscendisse ejusdem Biographus Carthuitius (rectius Hartvicus) repetitim innuit. En verba ex eodem, quae huc faciunt: „*Convocatis pater suus* (*Geisa*) *Hun-*
„ *gariae Primatibus cum ordine sequenti*
„ *per communis consilium colloquii filium*
„ *suum post se regnaturum Populo praefe-*
„ *cit, et ad hoc corroborandum a singulis*
„ *sacramentum exegit*" *a*) — Item: „Post
„ obitum vero patris Stephanus adhuc adole-
„ scens *favore principum et plebis in patris*
„ *solium laudabiliter provectus.*" *b*) — Scriptorem hunc S. Stephano pene convixisse celeberrimus Pray egregie ostendit *c*), et quae mox ex eodem adducta fuerunt, tanto majorem merentur fidem, quanto minus vel supponere licet, Carthuitium Colomano, Regi jurium suorum perquam studioso, opus aliquod dedicare temere voluisse, quod vetustis regiae Stirpis juribus aliena, aut praejudiciosa contineret; quid igitur probare valeant

a) In Vita S. Stephani edit. Prayana pag. 123. — *b*) Loco cit. pag. 125. — *c*) Historia Regum Hung. Part. 1. in Notitiis praeviis ad §. 25. —

leant verba D. Gustermann *a*) „Darauf er„klärte er (Geiza) auf einem Hoftage „seinen Sohn Waiken oder Stephan zum „gesetzlichen Nachfolger" nullo iterum fonte indicato adscripta, suapte apparet.

VIII.

Eam interim Carthuitii narrationem, qua Stephanum adhuc adolescentem post obitum Geizae, principum et plebis favore, patri subrogatum tradit, de solenni illius inauguratione Georgius Sigismundus Lakits, non de libera electione interpretatur *b*); quo autem id facilius tueretur, factum patris ex eodem Scriptore paulo supra recitatum, silentio praetermittit; quaerit praeterea: „Quorum prin„cipum, cujus plebis favore electum illum „putemus? an Gyulae Transylvani? an Cu„pae Simeghiensis? an eorum, qui, quod „acerbissime ferrent avitam religionem con„temni, in sanctissimi viri salutem conspi„raverunt? plebis vero ejusne, quae An„dre-

---

a) Op. cit. Part. 1. §. 13. pag. 47. — *b*) Op. cit. pag. 5. ad X. —

„ dream I. ea tantum conditione Regem esse „ jussit, ut abolitis sacris christianis, patrum „ religionem restituat?"

Quam ista secum invicem parum apte cohaerent: habuit initio sui regiminis Stephanus rebellem Comitem Simeghiensem; vix evoluto triennio clientelarem Transylvaniae Ducem compescendum: ergo universus populus ab eo alienatus esse debuit? — Conspirarunt palatinorum Officialium scelestissimi quatuor, (de quibus nec illud aperte constat, hungaricaene an exterae originis fuerint) in nefariam domini sui necem: omnes igitur primores pari animo comparati fuerunt? — Contestor universam Hungariam, utrum aliqua vetustior, constans magis magisque pervagata apud nos existat traditio, atque illa sit, quam de summa existimatione, adhaesioneque, qua Majores nostri optimum suum Statorem ac Protoregem vere augustum prosecuti sunt, a patribus accepimus. Exigebat equidem istud illimitatus illius in subditam sibi gentem amor, et merita in utramque rempublicam amplissima; sed obtinuisse etiam aurea divi Regis monita Emerico filio impertita, opinor, abunde commonstrant, quos enim a filio patrum

et

et fratrum instar haberi voluit *a*), de illorum in se animo dubitare oppido non poterat; aut quid, amabo, aliud Carthuitius *b*), vetustique Scriptores domestici omnes attestantur, dum sinceris adeo lacrymis, desiderii futuri dolorem indicantibus, Hungaros jacturam tanti Principis deflevisse referunt?

Unum instar omnium Thuroczium auscultemus, qui luctum ex obitu ejusdem haustum ita describit: *c*) „Confestim quoque totius ci„ thara Hungariae versa est in luctum, et „ omnis populus regni tam nobilis quam igno„ bilis, simul in unum dives et pauper, plan„ xerunt super morte sanctissimi regis, piis„ simi patris pupillorum, lacrimis uberrimis „ et ululatibus plurimis; juvenes et virgines „ prae tristitia et moerore squalidis induti „ vestibus per triennium choream non duxe„ runt, et omnia genera musicorum dulciso„ na siluerunt; planxeruntque eum planctu „ cordis fidissimi, eratque planctus magnus „ et inconsolabilis.“ — Qui mortuum deplora-

---

a) S. Steph. Decret. Libr. 1. cap. 4. — *b*) Op. cit. pag. 159. et seqq. — *c*) Chronicon Part. 2. cap. 34. —

rarunt adeo, vivum in solium paternum *pro-vehere* dubitassent?

Nescio etiam, quo duce dicere quis possit, Andream I. ea lege ab Hungaris Regem creatum esse, ut ethnica sacra permitteret; nihil equidem simile in Chronico Thurocziano, vel alio legitur; promiscua solum multitudo, quae ad Andream et Leventam in patriam reversos confluxerat, gentilitios ritus sibi indulgeri flagitavit, et in Christianos postea saeviit.

IX.

Satis, ut arbitror, perspicuum reddidi, nullum certum et stabilem successionis ordinem, seu pacto, sive observantia, ante regiam dignitatem invaluisse. Ad hujus jam nunc venio initia, quibuscum fundamentalem simul quampiam reipublicae coordinationem, libertatem populi et singulorum civium jura definientem, fuisse conjunctam, est quam verisimillimum; hoc enim novitas in religionem, in mores populi, et principis dignitatem introducta secum tulit; hoc legum illa aetate conditarum fragmenta, nostris tempori-

ri-

ribus servata, indicant *a*); hoc denique perpetua ad instituta S. Stephani provocatio, Regum etiam Decretis inserta *b*), valide confirmant, et coaevi non minus, quam sequiores Scriptores adfatim testantur. — Utcunque ista se habeant, nullum tamen prorsus in his omnibus regulatae simul haereditariae Principum successionis deprehenditur vestigium, manifesto sane documento, morem antiquum sub Ducibus eatenus vigentem, commutato licet majestatis nomine, porro etiam supermansisse. Conjectura eruditi condam Transylvaniensium Antistitis, Comitis Ignatii de Battyán *c*), in contrarium inde desumpta, quod Hartvicus *d*) leges quaspiam forenses eodem loco recensitas, S. Stephanum *Subscri-*

---

a) S. Steph. Decr. libr. 2. praecipue in praefatione. Conf. *Kovachich* Vestigia Comit. apud Hungaros pag. 15. et sequent. — *b*) Vide Decret. Andreae II. de anno 1222. — et 1234. apud *Odor. Raynald* et *Palma* Notitia Rerum Hungaricarum Tom. 1. ad Andr. II §. 13. — et Belae IV de anno 1267. pariter in praefat. apud *Kovachich* Vestig. Comit. p 134. — Wladisl. II. Decr. 6. art. 26 — *c*) Legum Ecclesiasticarum Regni Hung. Tom. 1. p. 13. — *d*) Op. cit. p. 135. —

scriptione foederis non pereuntis posteris suis stabilitas reliquisse dicat, — vel per altum tam ipsius Hartvici, cum aliorum ejus aevi Scriptorum, de institutione adeo solenni ac memorabili silentium, abunde refellitur. Quid quod in cunctis, quae modo supersunt, Regum Arpadianorum Decretis, quorum aliqua Codici domestico inserta habentur, alia recentior nonnullorum eruditorum reperit ac vulgavit industria, de modo ad regimen perveniendi ne mentio quidem reperiatur.

Primam in legislatione hungarica clausulam, qua Regis a regnante stirpe origo per Regni Ordines recognoscitur, Regis Andreae III. Decretum his verbis exhibet: „Ut Dominum Andream, e regali stirpe descendentem, revereamur tamquam Dominum Regni naturalem.“ *a*) —Causam hujus recognitionis natalium facile quivis in Historia illius aetatis inveniet, qua Maria Ladislai IV. Soror, Carolo Claudo Siciliae Regi nupta, Andream pro vero regiae stirpis Principe haberi non posse praetendebat, ut eidem, patrocinio Cu-

a) *Kovachich* in Supplementis ad Vestig. Comit. Tom. 1. pag. 98.

Curiae Romanae suffulta, Regnum eriperet, quod primum quidem filio Carolo Martello, deinde vero nepoti Carolo itidem Roberto vindicare gestiebat, uti de his sermo infra recurret.

X.

Non officientibus etiam quibuscunque, jus ordinemque geniturae memorantibus formulis, quales in vetustis Diplomatis haud infrequentes occurrunt, ac earum qualicunque demum significatu, prima etiam Regum periodo, rogato Populi suffragio, neglectaque haud semel primogeniturae aut linealis ordinis ratione, Principes fuere coustituti; quorum alterum Historiae illorum temporum testatum reliquerunt, — alterum series Regum a divo Stephano ad Andream III. se mutuo excipientium manifeste evincit.

Jam ab obitu S. Protoregis, quem ultimis vitae diebus, de substituendo Successore cum Episcopis et Primoribus *tractasse*, Hartvicus, cujus verba ex vetustissimo Manuscripto Codice, quem Serenissimus Caesareo Regius Princeps Josephus Archi-Dux Regni

 Hun-

Hungariae Palatinus a Senatu Francofordiensis ad Moenum Civitatis dono accepit, et Bibliothecae Széchenyiano - Regnicolari anno 1814. inferendum curavit, paulo post adducam, item Biographus Mellicensis *a)* affirmant, — confestim Petrus e sorore nepos; hoc vero exauctorato, affinis Samuel Aba *b)*, praeterita virili Arpadi progenie, electione, sive assensu populari, principatum obtinuerunt.

Lakitsius, ut Ladislai Calvi filios a dignitate regia (quod illius hypotheses vehementer conturbat) immediate post Stephanum non sine gravissima causa exclusos fuisse persuadeat, eosdem parricidii S. Regi intentati participes facit *c)*; quantumvis idcirco a nullo veterum Scriptorum incusentur; praeterea in domesticis Chronicis *d)* legamus, Divum Stepha-

---

a) Vita S. Stephani e pervetusto Codice manuscr. Mellicensi Posonii anno 1781. edita pag. 41. — *b)* *Simonis de Keza* Chron. Hung. libr. 2. cap. 2. edit. Horanyianae p. 102. — Jo. Archidiac. *de Guerche* apud *Kerchelich* Notit. praelim. Dalm. Croat. et Sclav. — et alii. — *c)* Op. cit. p. 56. 57. 58. — *d)* *Simon de Keza* Chron. P. 2. p. 99. *Thurotz* P. 2. c. 33. —

phanum Vazulis tristi casu commotum, ne quid etiam ipsis mali accideret, consilium iis dedisse patria excedendi; Carolus denique Palma *a*), simile quid suspicantem Stephanum Katona *b*) egregie plane refellat. — Remotis jam agnatis Principibus regiis, successionem Petri ab jure, ex pacto et providentia majorum per matrem ad illum transmisso, supralaudatus Lakitsius fidenter repetit quidem *c*), at horum neutrum vel verbo demonstrat, neque per ea, quae hactenus attulimus, demonstare potuit. Ita eundem Petrum sorore Stephani *natu majore* genitum *d*), prouti minoris conjugem, Samuelem Aba *e*) fuisse asserit, quin tamen ipsum illum nascendi ordinem probasset. — Si historiam consulamus, Stephanus amisso Emerico filio, in agnatos primum, ut aequum erat, oculos conjecit, et ideo maxime tristis fuit, *quia nullus videbatur de consanguineis ejus idoneus ad hoc, ut eo mortuo regnum in fide Christi con-*

ser-

---

a) Notit. Rer. Hung. P. 1. pag. 256. et seq. edit. 3-iae — *b*) Historia Critica Regum Hung. Tom. 1. pag. 402. usque 406. — *c*) Op. cit. pag. 57. — *d*) Op. cit. pag. 58. — *e*) Op. cit. pag. 67. —

servaret. a) Inclinabat nihilominus postea in patruelem Vazulem; sed cum illum nefarius quidam luminibus privasset, a Ladislai Calvi filiis autem Rex sanctus religioni male metueret, hos praeteriit, et cum supremo jam morbo laboraret, ut Hartvicus in supra memorato Codice perhibet: *Accersitis Episcopis et primis Palatii de Christi nomine gloriantibus, primum cum eis tractavit de substituendo pro Se Rege, Petro videlicet, sororis Suae Filio, quem in Venecia genitum, et ad Se evocatum, Exercitui Suo jam dudum praefecerat Ducem.*

XI.

Qui successionem Petri a jure haereditario *b*), aut a proprio antecessoris repetunt arbitrio, jam per verba illa: „*Tractavit de* „ *substituendo pro Se Rege*" satis refelluntur; proprium enim arbitrium, aut jus ex pacto quaesitum, omnem tractatum suapte exclusisset; quorum illud secus etiam duntaxat

a) Chron. *Thurocz* Part. 2. cap. 33. — *b*) *Grossinger* Jus publ. Hung. pag. 37. — et *Lakits* supra citato opere et §. 57. —

xat in regno patrimoniali valet, — istud a nullo hactenus vel verosimiliter demonstratum fuit. Qui autem Conventum Primorum utriusque reipublicae, seu *regalem*, prouti tunc appellabatur, *Senatum*, vel *regale Concilium*, praecise tantum pro Collegio, Principi in consultationem destinato sumunt *a*), ii cumprimis linguae diplomaticae significatum indubium, ipsiusque Divi Stephani leges sibi habent repugnantes. Quis enim in stylo aevi medii peregrinus est adeo, ut Episcoporum Primorumque Conventum, *regalem Senatum*, *Conciliumve*, eo tempore compellatum, illosque, Regni Ordines veri nominis constituisse nesciat. Contrarium nequidem Kollarius, tametsi absolutam Stephano legislationis potestatem omni virium contentione assertum iret *b*), propriae existimationis coram orbe erudito jacturam veritus, affirmare audebat *c*). — Quis praeterea ignorat similem Comitiorum speciem, ad quae tertius quartusque Status non ea adhuc, qua tardius, forma

---

a) *Gustermann* Ausbildung der Verfassung des Königreichs Ungern Part. 1. §. 52. pag. 157. — *b*) De origin. et usu perp. legislat. potestatis circa sacra cap. 3. pag. 33. — *c*) Ibidem p. 31. —

ma comparuit, apud Germanos, Francos, Anglos, Castilianos, Arragones, Belgas, Suecos, et per totam fere, qua late patet Europam, si unquam alias, illa oppido aetate, neque consilii duntaxat causa, verum ad rogandas Ordinibus ipsis annuentibus leges, obtinuisse? Quis denique ad *leges*, secundum Decretum *regalis Senatus a*); secundum *regalis Decretum Concilii b*), post diffinitionem *communis Concilii c)*; *Primatum Conventu d)*, *cum Episcopis et Primatibus statutas e)* — Ministros solummodo Regis consultando concurrisse temere pronunciabit? — germanae veritatis, et dudum ante se actorum seduli Sectatores nunquam, quibus rem, quam prolixius discutere non hujus loci reputo, paucis adumbratam proposuisse sufficiet.

XII.

Ubi postea revocato Andrea, Ladislai Calvi filio, ad domesticam familiam avitum im-

---

a) S. Stephani Decr. libr. 2. cap. 14. 29. et 32. — *b*) Ibidem cap. 19. 27. — *c*) Ibidem cap. 33. — *d*) Ibidem cap. 23. — *e*) *Hartvicus* in Vita S. Steph. p. 134. —

imperium rediit, pro inaugurando etiam Andreae filio Salomone, consensus Ducum, utpote Belae fratris, et hujus filiorum Geizae ac Ladislai, nec non cunctorum Regni Optimatum intercessit *a*); quo utique, si jus primogeniturae et linealis ordo ultro praeexstiterant, opus amplius non fuisset. — Prae Salomone filio, Bela, Andreae frater; mox ante Belae filios rursum Salomon Regni habenas capessivit, et hic iterum variis suamet culpa jactatus fatis, illas fratruelibus suis relinquere coactus est; quae crebrae in regimine mutationes, quamvis fraternis dissidiis potissimum adscribendae sint, omnes tamen simul specie quadam popularis electionis nitebantur. *b*). Neque Colomannus Geizae I. filius prius, quam exstincto S. Ladislao, solium paternum conscendit, quod antea nullo habito primogeniturae ordinisque linealis respectu, patruo obtigerat.

Ener-

a) *Simon de Keza* op. cit. libr. 2. cap. 3. pag. 113. — *Thurocz.* Chron. Part. 2. cap. 44. — *b*) Chron. *Thurocz.* Part. 2. cap. 47. 55. et 56. —

Enervare quidem vim hujus exempli Pray *a*) et Cornides *b*) adlaborabant, dum Colomannum non Geizae, verum S. Ladislai filium fuisse acerrime contenderent, habentque in eo gravissimos Scriptores Katona *c*) et Palma *d*) sibi consentientes; me tamen, (pace tantorum virorum, de Historia Patriae meae immortaliter meritorum dictum sit) ut ab eodem recedam, quod antea communiter creditum fuit, permovere prorsus non valent. Nam primum illorum argumentum ex numis, ut volunt, Ladislai, in quorum parte antica Colomannus, in aversa vero Ladislaus visitur, violenter desumptum, eruditissimus Schönvisner funditus prostravit *e*), posteaquam nimirum omnes eos numos post mortem Ladislai procusos fuisse, invictis rationum momentis ostendit. — Alteri, e Regum nostrorum succedendi ratione mutuato, inest petitio

a) Dissertat. de S. Ladislao Rege Hung. p. 97. — *b*) Genealogia Reg. Hung. cap. 5. et 6. — *c*) Hist. Crit. Tom. 2. p. 708. *d*) Notit. Rerum Hung. Part. 1. pag. 413. — *e*) Notitia Hungaricae Rei Numariae Part. 2. cap. 2. §. 11. Item Catalog. Numorum Szétsényianorum Part. 3. pag. 60. usque 64. —

tio principii; neque enim prius evicerunt, minus subseque demonstrant laudati Scriptores, filio Regis fratrem praeferri per ea tempora juste ac legitime non potuisse. Pro tertio denique, quod unicum supermanet, notam quampiam proferunt Thomae Archidiaconi Spalatensis Libro adjectam *a*), cujus ignotus ac incertae aetatis auctor, Colomanno Ladislaum patrem tribuit his verbis: *Colomannus filius Wladislai Regis Hungariae stans in regno loco patris sui.* — Huic singulari et incerto testi, praeter Simonem de Keza *b*), et reliquos Chronographos patrios, Dandulum Venetum *c*), Dlugossum praeterea Polonum *d*), Henricum item de Muglen saeculi XIV. Scriptorem Germanum *e*), ne posteriores alios commemorem, oppono, qui Colomannum Geizae filium uno ore vocant. His accedit, quod ipse Geiza filiorum suorum in Di-

a) Historia Salonitana; Scriptor. Rer. Hung. Tom. 3. pag. 634. — *b*) Op. cit. pag. 123. — *c*) In Chronico apud *Muratorium* Scriptorum Rerum Italicarum Tom. 2. — *d*) Historia Poloniae Libr. 3. — *e*) Chronik der Hunnen apud *Kovachich* Sammlung kleiner noch ungedruckter Stücke cap. 48. pag. 72. —

Diplomate de anno 1075. diserte meminerit *a*); Ladislaus nunquam; neque de illorum ante patrem obitu quidpiam constet; quod porro Almum propria significatione Colomanni germanum, Scriptores synchroni Cosmas Pragensis (*), et Annalista Saxo *b*) compellent, adeoque hunc etiam Chronica nostra, nequaquam vago, ut Cornidesio placet *c*), et ambiguo sensu, juxta morem patrium et vernaculum, fratrem Colomanni nominasse dici possint. Quo posito, cum publicum ejus temporis monumentum a Lucio *d*) productum, Almum expressis verbis nepotem S. Ladislai dicat, Colomannus Almi germanus, nepos pariter ex fratre, non filius Ladislai fuerit, est necesse.

(*) Memorabilia sunt verba coaevi hujus, utpote vivente Colomanno Strigonii Sacerdotio initiati Scriptoris *e*) apposite in rem nostram prolata: *Qui* (Co-

---

a) Quo nempe Diplomate Abbatiam de juxta *Gron* fundavit, quod vide apud *Pray* Hierarchia Hung. Part. 1. pag. 335. et *Katona* Tom. 2. pag. 369.— *b*) *Eccard* Corp. Histor. medii aevi Tom. 1. ad annum 1108. pag. 622. — *c*) Opere et loco citato. — *d*) De Regno Dalmatiae et Croatiae Libr. 3. cap. 1. p. 103. — *e*) Chron. Bohemorum Editionis Pragensis anni 1783. pag. 258. —

(Colomannus) *metuens, ne germanus suus Almus post eum regnaret, ipsum et filium ejus mentula privavit et lumine.*

XIII.

Audiamus Cornidesium e sententia Praii ratiocinantem; *a*) „Solenne (inquit idem) „ erat Regibus Hungariae praeter nomen „ suum, filii quoque nomen, *si is nimirum* „ *coronatus jam erat*, *Regisque titulo est* „ *usus*, numis suis inserere; exemplo est „ numus aereus Andreae II. et filii Belae IV. „ nominibus insignitus; item numus aereus „ Belae IV. filiique Stephani V. referens no- „ mina; aurei denique numi (Ducatos vocant) „ in antica facie Isabellae Reginae, in posti- „ ca filii Johannis nomina adscripta haben- „ tes. Quoniam igitur numi prostant haud „ adeo infrequentes, in quibus Ladislai Co- „ lomannique Regum leguntur nomina, vali- „ dum ab analogia duci posse argumentum „ existimo, Colomannum peraeque Ladislai „ fuisse filium, vivente patre coronatum, „ Re-

---

a) In Geneal. Reg. Hung. cap. 5. pag. 71. et seqq.

„ Regisque usum axiomate." — Hactenus Cornides: opinione mea satis infeliciter; nam a Bela IV. et Stephano V., qui partem Regni per regios patres vita comite sibi assignatam separatim possidebant, et in eadem peculiaribus usi administris ac Regni Baronibus, jura majestatica exercuerunt, hocque titulo Reges juniores audiebant, ad alios Principes, vivo Rege coronatos, et in partem forte etiam curarum regiminis admissos, analogia duci non potest. Deinde in exemplis per eundem adductis Isabella etiam cum nato suo Joanne comparet, adeoque nec pater cum filio, nec filius sive vivo patre sive eo defuncto, ritu domestico inauguratus. Interim sit ita, ut Cornidesio videtur; et solennem illum Regibus nostris fuisse morem; et secundum hunc (licet id nemo unus veterum Scriptorum memoret) Colomannum reapse vivo Ladislao coronatum, imo in partem curarum regiminis admissum exstitisse, — quidni propterea Ladislai filius esse debuit? Geizae esse non potuit?

XIV.

XIV.

Vetustiora isthaec indeterminatae successionis exempla, quoties plures agnati regii sanguinis eodem tempore vixerunt, toties ac perpetua fere inter illos excitabant dissidia. Vix atque Stephanus II. vitam clausit, mox Borichius, qui se pro Colomanni filio gerebat, atque pro tali a multis etiam habebatur (*), Belae II., et istius nato Geizae itidem II. Russorum, Polonorumque primum, deinde Austriacorum armis adjutus, principatum eripere contendit. *a*) — Stephanus III., quamvis altero statim ab obitu patris die ab iis, qui aderant, eique favebant, coronatus fuerit, Regnum nihilominus patruis suis, Ladislao II. et Stephano IV. (**) cedere debuit *b*), quorum ille consensu Ordinum, iste validis Manuelis Graecorum Imperatoris armis sceptro potitus est. *c*) — Aemulatio similis, si Al-

---

a) *Otto Frising*. Libr. 7. cap. 21. 30. 34. — *Thurotz* Chron. Part. 2. cap. 64. et 65. — Confer *Katona* Hist. Crit. Tom. 3. a pag. 463. usque 587. — *b*) *Cinnamus* Historiarum Lib. 5. — *c*) *Nicetas* Edit. Venet. pag. 66. —

Alberico *a*), aliisque passim Scriptoribus fides habetur, ab obitu Stephani III. inter superstites hujus fratres Guitardum quippe juniorem sive Geizam, ac Belam III. seniorem et immediatum in regimine successorem, locum obtinuit. Jamque adeo commune erat regiis fratribus imperium sibi prae masculis Regis proxime defuncti liberis vendicare, ut Emericus, dum filio suo Ladislao, cunas vix egresso, illud asserere meditaretur, contraria multorum in fratrem Andream inclinantium studia expertus *b*), pro more illorum temporum, auctoritatem Innocentii III. Romani Pontificis opponendam existimaverit, cujus hortatu *c*) utriusque, sacri scilicet ac profani ordinis viri, ad vota sua explenda permoverentur.

Absit, ut quae ingenti reipublicae, hanc potissimum ob rationem intestinis motibus continuo involutae, ac bellis civilibus dilaniatae evenerunt incommodo, jure semper acci-

a) Apud *Leibnitz* Access. Histor. Tom. 2. pag. 347. — *b*) *Palma* Notit. Rerum Hung. Part. 1. pag. 572. — *c*) Pontificis Litteras hujus argumenti vide apud *Dobner* Monumentorum ineditorum Tom. 2. pag. 331. —

accidisse dicam; id unum evictum esse puto: eos, qui certum ac stabilem successionis ordinem, pacto sive primaevo, seu posteriori, regulatum aliquando fuisse demonstrare non valebant, nihil etiam e serie Regum primae stirpis adferre posse, quod continuam, uniformem observantiam saperet, quodve illorum nudum et arbitrarium assertum, vel remotis quibusdam argumentis confirmaret. Solidum est hanc in rem Lib. Baronis ab Hormayr, Viri ab eruditionis laude celebratissimi judicium: *a*) „Bestimmte Gesetze (ait ille) „ wer von Almus und Arpads Nachkommen re„ gieren, ob je der Erstgeborne, oder der Ael„ teste, ob ein Repraesentations-Recht Statt „ haben, und wie weit dieses reichen, — wel„ ches das Alter der Großjährigkeit sey, wer „ Vormund seyn solle? oder vielmehr, daß Ge„ setze hierüber, wenn sie auch vorhanden ge„ wesen wären, pünktlich seyen beobachtet wor„ den, darf man wohl in dem alten Ungarn „ nicht vermuthen. Seine Verfassung entstand

„ nach

---

a) Ueber Minderjährigkeit, Vormundschaft, und Großjährigkeit im österreichischen Kaiserstaat und Kaiserhause §. 67. —

„ nach und nach durch die vielseitigste Zusam-
„ menreihung historischer Thatsachen und suc-
„ cessiver Zufälle aus dem primitiwen kalmyckischen Nomaden-Zustande, aus der Anwen-
„ dung der Formen des deutschen Lebensy-
„ stemes, und südostdeutschen Sitten und
„ Satzungen, aus den Lehren römischer und
„ byzantinischer Missionarien, Rechtsgelehr-
„ ten, und Flüchtlinge. — Seine mächtigen
„ und ehrgeizigen Grossen suchten beständig
„ in Partheyen getrennt, ihr Heil leider oft
„ in der möglich größten Ungewißheit der Erb-
„ folge, und anderer Hauptangelegenheiten
„ der öffentlichen Verwaltung."

(*) Contra Proceres in fide Belae Regis integerrime persistentes, ducibus auxiliarium copiarum, quae e parte Ruthenorum Polonorumque pro Borichio aderant, per nuncios declararunt, Belam *jure cum totius Regni Consensu* regnare; quod ubi Boleslaus Poloniae Dux intellexisset, copias suas ultro retraxit *a*)

(**) Obiter noto, jam vetustissimis temporibus Stephanum IV. in serie Regum Hungariae numeratum fuisse, quod extra controversiam ponit Sigillum La-

---

a) *Thurocz.* Chron. Part. 2. cap. 64. —

Ladislai Cumani, in cujus sincera epigraphe *a*) Idem Se *quinti Stephani filium* inscribit.

XV.

Ex iis, quae hactenus prolata sunt, ad quaestionem alteram, *an scilicet Arpadianorum Principum haereditas ad utrumque sexum extensa fuerit?* (§. 3.) facilis est responsio, ac sua sponte consequitur. Si enim, quod nullus ambigit, lineali potissimum ordine, seu cognatico, sive mixto, neque aliter, a masculis ad feminas jus imperandi derivari consuevit; pactum vero primaevum hactenus cognitum, nulla prorsus feminarum injecta mentione, linealem successionis ordinem, ut vidimus, nec inter masculos Arpadi posteros clare defixit; si nec leges ullae, nec subsequens observantia certam hac in parte ac stabilem normam introduxerunt: quae tandem probabilis erit illa conjectura, quae feminis vel masculis per sexum femineum descendentibus, haereditariam successionem, exstincto virili regnantis stirpis san-

 gui-

a) Vide *Pray* de Sigillis Regum et Regin. Tab. 6. —

guine, attribuat? et non potius digito veluti monstret, ad libera tum penitus Gentis hungaricae suffragia potestatem Reges suos deligendi rediisse; cujus exercitium per saecula continuatum, tot actus electionis atque solennes tractatus, quorum authentica Instrumenta praesto sunt, tot legum tabulae, aperte confirmant.

Sufficeret sane ista vel paucis commemorasse, nisi his omnibus non obstantibus, quin quod mirere, post apertissimam illam, totiesque in Decretis comitialibus et Pactis publicis repetitam clausulam: *Deficiente haerede masculo*, non deessent, qui jus haereditarium successionis, feminis non tantum ante annum 1723. verum inde plane a primis Monarchiae hungaricae *initiis* proprium fuisse, levibus animati vestigiis, interdum talibus etiam argumentis defendant, quae vel invitum cogunt subridere. Enimvero solido et legitimo fundamento destituti ad propugnandam hanc suam sententiam, quam sibi, quasi in Physica versarentur, pro hypothesi ad lubitum praestituunt, minima quaeque attrahere conantur; truncant textus; torquent Scriptores, aliis, quae opponi possent, alto

si-

silentio praetermissis; mox adoptatam iterum sententiam, quamprimum illam suae opinioni minus faventem experiuntur, confestim deserunt, ac summum imperium apud Hungaros jam pactis conventis, jam voluntate patris, contractu sponsalitio, jure uxorio, adoptione, politica insitione in familiam, sponsione, testamento, et nescio quibus adhuc titulis Principibus nostris obtigisse adstruunt, eoque ipso, cui minime omnium locum tribuere vellent, popularem electionem intercedere debuisse vel inviti recognoscunt.

XVI.

Juvat ista, quae paragrapho praecedente dicta sunt, ne in assertis subsistam, exemplis etiam e vestigio subjectis reddere manifesta: Nonne tacent altum Grossingerus, Lakitsius, Gustermann *a*) de Elisabetha Andreae III. filia unica? quo post exstinctam virilem Arpadi stirpem, Mariam Siciliae Reginam, sororemque Ladislai IV., proximam Regni hae-

re-

a) Operibus praecitatis. —

redem efficiant; inde vero istius nepotem Carolum Robertum non electionis, sed haereditario feminei sexus jure sceptra sumpsisse fingere liceat. Nonne quia ignorare non valebant, Ludovici I. filiabus, Mariae quippe Hungariae, ac Hedvigi Poloniae Reginis, nulla relicta sobole decedentibus, juxta adamatam hypothesim, Principes Andegavenses, et quidem Ludovici Dyrrachini posteros, successores esse statuendos, — mutato agmine, Sigismundum jure plane uxorio principatum obtinuisse contendunt? *a*) — Eo non obstante placet porro, ut qui priori Dynastiae nil amplius opituletur praestabilitus successionis ordo, regnaturae nihilominus novae Familiae posteris deinceps pro indubitato jure deserviat. Ulterius procedentes continuos quasi obices offendunt. Inprimis palpant manibus, stante eorum doctrina, Pacta Fridericum Imperatorem inter et Matthiam Corvinum conventa, aequa validaque pronunciari nequire; quare amplius non anguntur,

qua

---

a) *Lakits* de haereditario succedendi jure pag. 90. et 93. — *Gustermann* Ausbildung ꝛc. ꝛc. Part. 1. §. 83. pag. 251.

qua ratione Annae Vilhelmi Saxoniae Ducis Consorti, ab obitu Ladislai Posthumi, cujus illa soror major natu erat, jus succedendi prae quibusvis competitoribus vindicent; quin cum haec ipsa Pacta de filiis solummodo Friderici Imperatoris loquantur, Lakitsius *a*) primo nepotes ex suo liberaliter addit, deinde se jam alibi dixisse asseverat *b*), maritum Elisabethae, Alberti Caesaris filiae junioris, Casimirum nempe Regem Poloniae, confecta cum Matthia pace (anno 1474) *renunciasse juri in Regnum Hungariae, uxorio istud nomine praetendentem*, — licet id antea profecto nullibi dixerit, neque si dixisset etiam, aliquo idoneo testimonio firmare potuisset. — Porro Wladislao II. in Posoniensi et Viennensi Conventu anno 1515. nihil aliud propositum fuisse tradit, *c*) quam ut filiae suae Annae, *si nullus Sibi filius nasceretur* (cui interim Ludovicus anno 1506. adeoque ante annos facile novem natus erat) *legitimae Regni haeredis*, ac futuri ejus conjugis Ferdinandi successionem in Hungaria constabiliret;

---

a) Op. cit. pag. 108. — *b*) Ibidem pag. 148. — c) Ibidem pag. 146. et sequent. —

ret; haec Historiam temporis considerate lectam; haec Documenta publica loqui apertissime. Quae quaeso est illa temporis Historia? quae Documenta? — Denique ad fulciendam opinionem suam, Ferdinandi I. liberam in Comitiis Posoniensibus electionem penitus reticet, eundemque statim ab obitu Ludovici II. Regem se Hungarorum dixisse temere atque erronee pronunciat *a*), uti suo loco videbimus. — Nolo plura hujus generis sphalmata congerere, ne praeripiam ea, quae per decursum Opellae suapte recurrent; aliqua tamen attigisse oportebat, ut aequi studium, fideique dignitatem, qua res nostras commententur, quorum sententias recitavi, videat, quisquis res ante se positas aliquomodò videt.

XVII.

Quo itaque jure, modo, ac ordine a decessu Andreae III., quocum domestica Regum Familia tumulo illata est, alii ex aliis Domibus regiam in Hungaria dignitatem adepti

pti

a) Op. citat. pag. 151. ad not. X. —

pti sint, — deinceps e publicis potissimum electionis, aut translationis imperii Instrumentis, ex Actibus inauguralibus, e Legibus denique Decretisve comitialibus deducere, et fidedignis, coaevis potissimum Scriptoribus, pro virium facultate satagam illustrare; haec enim sunt, nisi me omnia fallant, genuina illa criteria, ad quae similis historicus Juris Publici Commentarius exigi debet. Ad quod facilius perficiendum, qualis politicus Regni situs fuerit; quis sensus Nationis hungaricae juxta ac exterorum Principum de haereditario feminarum jure, ultimis Arpadianorum temporibus, — haud abs re futurum censeo paucis praemittere.

XVIII.

Inciderunt illa ad exitum saeculi decimi tertii, quum nempe per Ladislai Regis, cognomento Chuni, ignaviam et mores, laxatis firmissimis illis vinculis, quibus populi principibus suis adstringuntur, amore utpote ac reverentia majestati debita, omnis reipublicae administratio neglecta fuit; crescentibus inde mutuis discordiis et factionibus, oppres-

sio-

siones, rapinae, caedes impune perpetrabantur; jamque eo temeritas atque regiae auctoritatis vilipendium processerant, ut potentiores quidam, quos inter Joannes Comes de Németh-Ujvár, seu de Güssing, Matthaeus item Trentsiniensis, integros tractus suis territoriis adjacentes, posito metu libere occuparent; Bani Confiniorum, quibus praefecti erant, pariter ambire dominatum, horumque reditus in suos usus convertere; clientelares denique Populi, et vicinarum Gentium Rectores, e ruinis Hungariae propriam augere potentiam non reformidarent. Ita Urosius Serviae Rex, Russiae Rubrae Duces, plurimae praeterea Dalmatiae Urbes, dominium Regis Hungariae excusserunt *a*); Albertus autem Dux Austriae, Sopronium ac Ginsium cum tota circumvicinia in suam redegit potestatem, confisus viribus Patris Sui Rudolphi Habsburgici Germaniae Caesaris, qui Progeniem suam viribus ac foederibus firmatam, regnorum accessione ad maximam nominis celebritatem evehere anhelabat.

Quia

---

a) De his legi possunt post coaevos Chronographos *Palma*, *Katona* op. cit. ad Ladislaum IV. aliis III. —

Quia vero eadem aetate summus Pontifex, derivato a Gregorio VII. exemplo, jus ac potestatem in temporalia Regum arrogare totis viribus contendebat, uterque, Imperator videlicet et Pontifex Romanorum, Ladislao violenta morte, nullis liberis post se relictis, e vivis sublato, Hungariam haerede carere, sibique peculiariter obnoxiam esse pronunciavit. Et Caesar quidem illam titulo feudi Alberto filio *a)*, contra Nicolaus IV. Papa, ejusque successores Caelestinus V. ac Bonifacius VIII., Principibus Andegavensibus ex Ladislai IV. sorore, Caroli Claudi Siciliae Regis Conjuge progenitis, contulerunt; — imo filium Mariae Carolum Martellum Caelestinus per Legatum suum Neapoli *b)*; nepotem Carolum Robertum Bonifacius, a Gregorio electo Strigoniensi Archiepiscopo, proba-

a) Vide Litteras ipsius Rudolphi ad Imperii Ordines ex autographo Tabularii Aulici Viennensis apud *Pray* Hist. Regum Hungariae Part. 1. pag. 310. — et apud *Jos. L. B. Hormayr* op. cit. in Mantissa Diplom. Nr. 2. pag. 150. — *b)* *Lucius* de Regnis Dalmat. et Croat. Libr. IV. cap. 10. pag. 132. —

babilius Zagrabiae in Regem Hungariae jussit inaugurari. *a*)

XIX.

Haec fere omnia vivente adhuc Andrea III. indubitato masculo Arpadi descendente, praepotentia Romanorum Pontificum, et nonnullorum Hungariae Optimatum, partibus Mariae Neapolitanae adhaerentium favore, intervenerunt, illo, ad quod probe animadvertendum, semper sub praetextu, quod Regnum Hungariae Sedi Apostolicae speciali titulo obligetur, ejusdemque collatio non alium, quam Summum Pontificem respiciat, quemadmodum istud Litterae pontificiae aperte innuunt. Ita Nicolaus IV. ad Legatum suum Episcopum Aesinum: „Quum itaque, inquit, Regnum „ ipsum (Hungaria) ad Apostolicam Sedem „ multipliciter pertinere noscatur; te ad par„ tes illas pro certis inibi exequendis negotiis „ fiducialiter destinamus; fraternitati tuae „ per

a) *Madius* apud *Schvandtner* Script. Rer. Hung. Tom. 3. cap. 3. p. 638. — *Lucius* itidem Libr. IV. cap. 10. p. 132. — et *Odor. Raynald* Annal. Eccles. ad annum 1301. Nro. 7.

„ per apostolica scripta mandantes, quatenus
„ quum ad partes illas te contigerit perve-
„ nire, coram carissimo in Christo filio No-
„ stro Rudolpho Rege Romanorum, illustri,
„ et dilecto filio nobili viro Duce Austriae,
„ insimul vel disjunctim, per te, vel per
„ alium, seu alios, ex parte Nostra expresse
„ manifesteque denuncies, praedictum Re-
„ gnum ad Nos et Romanam Ecclesiam ex
„ causa multiplici pertinere; aperte et publi-
„ ce Nostro et ipsius Ecclesiae nomine pro-
„ testando, ut nullus, cujuscunque sit prae-
„ eminentiae, dignitatis, conditionis, aut sta-
„ tus, jura quaelibet in eodem Regno ad Nos
„ et Ecclesiam ipsam spectantia quomodoli-
„ bet invadere, occupare, vel usurpare prae-
„ sumat, aut in Nostrum et ejusdem Eccle-
„ siae praejudicium et gravamen aliquid at-
„ tentare" *a*) — Idem in altera Epistola Ru-
dolpho Imperatori scripta *b*) repetitur.

Bonifacius vero VIII. Litteris ad Legatum itidem suum Nicolaum Ostiensem anno

1301.

---

a) Litteras ipsas vide apud *Raynald* op. cit. ad annum 1291. item *Dobner* Monument. ined. Tom. 2. pag. 376. — *b*) Ibidem Tom. 2. pag. 371. —

1301. die 17. Octobris datis haec scribit: „ Ad haec nolumus te latere, aut in dubium „ revocari, quod memoratum Hungariae Re„ gnum Sacro-Sanctae Romanae Ecclesiae a „ B. Stephano — — cum omni ejus jure et „ potestate devote oblatum fuit, et traditum „ reverenter — — sicut haec plenius docu„ menta, quae servantur in Archivis memo„ ratae Ecclesiae Romanae, testantur." *a*) — Hoc uno etiam factiosi, quorum praecipui fuere Joannes et Henricus germani fratres Comites de Németh-Ujvár, Gregorius Breberiensis, atque Ugrinus de Ujlak, crimen defectionis palliare nitebantur, dum missa ad Bonifacium legatione, se non alium, nisi a Sede Apostolica datum Regem agnoscere posse declararunt. *b*)

XX.

---

a) Refert per extensum *Pray* in Annalibus Tom. 1. pag. 369. et *Katona* Hist. Crit. Tom. 8. pag. 12. — *b*) *Raynald* Annales Eccles. ad annum 1299. Nro. 12. et 13. Consule *Balth. Adam. Kerchelich* in Hist. Eccles. Zagrab. pag. 97. item *Pray* Hist. Reg. Hung. Part. 1. pag. 330. et sequent. —

XX.

Enimvero jus haereditarium pro sexu femineo ne ad speciem quidem allegari vivente Andrea potuit, neque hoc exstincto allegatum licet quidquam praesidii subministrare, ad vestiendam specioso titulo factionem, quae Andegavensibus viam ad solium hungaricum aperuit; quandoquidem Regis proxime defuncti e Fenenna Cujaviae Ducis filia *a*) progenita supererat Elisabetha, anno 1298. per Patrem suum, magna inter solennia Vindobonae Venceslao Bohemo desponsa; *b*) at ab isto evoluto septennio, postquam scilicet spem retinendae Hungariae posuit, rejecta; quae postea inter Dominicanas Turgavienses vitam terminavit. *c*) Si proinde, ut habet sententia Pontificis pro Carolo pronunciata, *Regnum ipsum successionis jure proveniebat*, et

---

a) *Schier* Reginae Hung. pag. 239. Conf. *Katona* Hist. Crit. Tom. 7. pag. 1146. — *b*) Hist. Austr. apud *Freher*. Tom. 1. p. 484. Chron Zwetlense apud *Hier. Pez* T. 1. col. 533. — *c*) *Thomae Edendorfferi de Haselbach* apud eundem *Pez* Tom. 2. col. 765. — *Schier* op. cit. pag. 248. —

et electionis arbitrio deferri non poterat *a)*, profecto stante ordine lineali a novatoribus praestituto, Corona Hungariae, quoad vixit, Andream III.; post illius autem fata, filiam ejus unicam, prae Carolo, vel quibusvis aliis collateralibus cognatis respexisset. Et tamen istius nemo unus Hungarorum, quorum maxima pars in fide Andreae permanserat, illorum etiam, qui a Carolo Roberto summopere abhorrebant, rationem habuit; verum Wenceslaos Bohemos, deinde Ottonem Bavarum ad regimen evocarunt. Nemo etiam coaevorum, seu Principum, seu Scriptorum, Elisabethae huic solium paternum competiisse, aut injuriam eidem illatam fuisse questus est; imo ne tum quidem, cum Wenceslaus Bohemus, cui longe antea desponsata, et a quo necdum repudiata erat, Rex eligeretur, mentionem illius factam uspiam lego. Quid quod ipsi plane Wenceslai Oratores, quos temere missos nemo credet, anno 1303. nihil pro eo coram Bonifacio VIII., nisi solam electionem alle-

---

a) Quam lege in Bull. Coll. *Cocquelin* Tom. 3. pag. 98. apud *Raynald* op. cit. ad annum 1303. Nro. 17. —

allegaverint: *a*) adeo omnibus exploratum erat, feminis illa aetate jus ad Regnum nulla unquam lege, vel publica constitutione attributum exstitisse; malebantque Hungari, uti refert Thuroczius *b*), *ne scilicet regni liberi libertatem amitterent, in susceptione per Ecclesiam dati Regis extrema experiri, quam potestate sua, libere Principem, quem vellent deligendi, decedere.*

XXI.

Idcirco Maria quoque Neapolitana, dum anno 1292. Regnum Hungariae in filium suum transferret, illa verborum formula utitur, ut ex se de titulo juris sui nihil certi constituere audeat: „*Volentes*, ait, *ejusdem Regni Sta-*
„ *tum providere, sive successionis, sive*
„ *consuetudinis, sive electionis, sive quo-*
„ *cunque alio jure, vel modo, id competere*
„ *dignoscatur*, Carolum primogenitum No-
„ strum, ad ejusdem sedem et regimen eli-
„ gentes ac p r a e e l i g e n t e s, Regnum ipsum
„ Hun-

a) Vide *Katona* Hist. Crit. Tom. 8. pag. 45. —
b) Chron. Part. 2. cap. 84. —

„ Hungariae — — eidem Carolo et ejus hae-
„ redibus — concedimus, donamus, et tra-
„ dimus." — Sed praestat ipsum hoc translationis Instrumentum in Appendice subjecta, more quoad similia Documenta per nos adoptato, Nro. I. integrum exhibere, ut quantum eidem roboris atque firmitatis inesse possit, in aprico collocetur; — quod si legitimo niteretur fundamento, Hungaria Mariae patrimoniale, perfectique nominis haeredium foret pronunciandum.

XXII.

Octo propemodum annis violentus iste regiminis status perduravit, quorum intercapedine, tametsi repetitae electiones atque variae diversis in locis competitorum Principum coronationes intervenerint, Hungaria nihilominus semper legitimo, in quem scilicet divisus per factiones populus universim consensisset, Rege destituebatur, donec recedentibus jam sponte, partim metu periculi aemulis, Carolus Robertus in campis Rákossiensibus Pestino adsitis, anno 1307. Rex nominaretur; quam postea electionem eodem loco,

et

et paucos post menses coacta generalia Comitia, communi iterum assensu, ratam declararunt, — operam praecipuam conferente Cardinali Gentili, Apostolicae Sedis Legato, a Bonifacii successore Clemente V. Caroli causa in Hungariam dimisso. Asserti hujus evictores in geminis Diplomatis perquam illustribus deprehendimus; alterum illorum, quod annum 1307. diemque a luce Beato Dionysio sacra sequentem refert, solertissimus Kovachich e Manuscriptis Stephani Kaprinay primus edidit *a*); alterum anno vix serius conditum Péterfius. *b*) — Utrumque perlegere gestientes in Appendice sub numeris II. et III. integre descriptum reperient.

XXIII.

Instrumenti, quod priori loco memoravimus, tenores, quum attente perpendo, verba praecipue illa: *Praesentibus eodem Do-*

 mi-

---

a) Vestig. Comit. pag. 157. — *b*) Concil. Hung. Tom. 1. pag. 145. et seqq. et post illum *Pray* Annalium Part. 1. p. 382. — *Katona* Hist. Crit. Tom. 8. — *Kovachich* Vestig. Comit. pag. 160.—

mino Nostro Rege, Domino Vincentio Colocensis Ecclesiae Archiepiscopo Aulae regiae Cancellario, ac aliis Episcopis, ceteraque ac magna Regni frequentia in eadem solenni Congregatione adunata, — illud, contra quam eruditus editor sentiat, sub generalibus Comitiis prodiisse plene persuadeor, non tamen pro Litteris ipsum electionis actum repraesentantibus, quin nec pro Decreto comitiali habendum existimo; non primum, quia ingressus: *Regni Barones ac Nobiles animositati veritatem merito praeponentes, in unius Domini obsequium ratione praevia convenisse*, seu, quod perinde est, translationem imperii in Carolum praecessisse indicat. — Non alterum; nam et forma, et stylus, et paucorum nomina fronti apposita, a Decreto comitiali aliena produnt. Si quid igitur assequor, duodecim illi Optimates sub initium recensiti, ad electoralem Conventum probabilius jam consummata electione comparuerint, ac praestito dein insimul cum reliquis antea praesentibus Ordinibus fidelitatis sacramento, actum hunc, quo *Carolum ac posteritatem ejus, prout regalis successio exigit, in Regem Hungariae ac*

na-

naturalem Dominum perpetuum suscipiunt, ad perennem rei memoriam Litteris, de quibus sermo vertitur, una cum Praelatis ceterisque Baronibus inseruerint. Commendat hanc meam opinionem vehementer exemplum Vajvodae Transylvani, atque Henrici filii Henrici Bani, qui pariter serius editis seorsim Diplomatis solennibus *a*), Carolum pro vero ac legitimo Rege, eidemque fidelitatis juramentum se dixisse recognoscunt.

XXIV.

Posterius Documentum, authentica publicorum Notariorum expeditione, formaque alias in similibus adhiberi solita provisum, solenne peractae electionis praestat testimonium, indeque citra ambages assequimur: I. Generalem, dum illud confectum est, Conventum omnino locum habuisse; nam *ad idem Concilium eorundem Praelatorum ac Baronum plurimi, ac multitudo Nobilium et personarum*

---

a) Litterae istae reperiuntur in *Kovachich* Supplementis ad vestigia Comit. Tom. 1. pag. 256. et 258. —

rum ipsarum copiosa personaliter, aliqui vero eorundem Baronum, quorum personalem adventum ad idem Concilium longa distantia praepediit, per procuratores idoneos convenerunt. II. In eodem Conventu ad praevie jam peractam electionem fuisse provocatum, quod probant verba: *Placebat eis, quod illum, quem ipsi ex antiquo et approbato ejusdem regni more vocaverant, et in Regem assumserant;* item per sequentia: *Reges Hungariae de vera regali progenie propagatos, quos ipsi unanimiter, et concorditer de dicta progenie ducerent eligendos.* III. Provocationem hanc factam esse ideo, ne Gens hungara potestatem Romanorum Pontificum in deligendis Regibus, quorsum Legati oratio tendebat, recognovisse, aut cum praejudicio suorum jurium acceptasse videretur, *quia nolebant, neque erat aliquatenus intentionis eorum, quod Ecclesia Romana, vel ipse Dominus Legatus ejus nomine, saepedicto regno de Rege nullatenus provideret.* IV. Demum per eandem electionem novae Dynastiae, nempe Carolo, ejusdemque posteritati, illo prorsus modo, qui antea viguerat, summam

mam imperii deferri, adeoque nullam mutationem relate ad ordinem successionis ac normam locum cepisse. Unde facile est penetrare, quo sensu ea sumenda sint, quae Carolus Litteris per Lakitsium provocatis *a*), de jure et ordine geniturae sibi debito commemoravit.

XXV.

Haud ex aequo proinde Prayus apud eundem Lakitsium *b*) vapulare videtur, quod Carolum I. Regem electum fuisse scripserit, qui *regnum Se jure et ordine geniturae consecutum* profitebatur; perbene namque istud Viro docto constabat, qui ipsus exempla hujusmodi formularum attulit; non poterat attamen pro acumine sui ingenii non simul animadvertere, jactatum a Maria Neapolitana jus succedendi in filium translatum, deinde nepoti velut per manus traditum, omni vero fundamento destitui, — in unius tantummodo feminae Principis, regnum liberorum causa affectantis, favoreque pontificio sustentatae

a) Op. cit. pag. 84. — *b*) Op. cit. §. 59. pag. 85.

tae declaratione radicatum. Utinam doctissimus Lakitsius legem, quam aliis toties oggerit, *facta scilicet ex jure, non jus ex factis esse metienda*, non ultro ac frequenter adeo violasset. Ceterum, quod Carolus in Litteris donationis Magistro Benedicto filio Comitis Budo de Gezth elargitae, ipsemet electionis suae mentionem injiciat, Clariss. Schvartner, recensitis ex originali, quae huc faciunt, verbis, testatum reddit. *a*)

XXVI.

Et profecto, quid regalis successio sibi posterisque suis delata (§. 24.) exigere, aut jus geniturae inde promanans valeret operari, probe secum ipso Carolus reputasse videtur; licet enim Ludovico filio, inter reliquos superstites, post Carolum et Ladislaum jam antea exstinctos, natu maximo, certa quasi foret in regimine successio, — quod inde a vetustissimis temporibus, juniores fratres seniori nunquam fuissent praepositi; tanta nihilo-

a) Statistik des Königreichs Ungern 2ter Theil pag. 20. —

hilominus sollicitudine antevertere nitebatur, ne post obitum suum, aemulatione filiorum novis iterum factionibus fomes succenderetur, ut consultum existimaret interpellare Summum Pontificem, quo, si Chanadinus, vel post illum futurus Archi-Episcopus Strigoniensis impediretur, aut recusaret Ludovicum filium coronare, hoc ipsum Colocensi, vel aliis Antistitibus exequendum imponeret; quemadmodum docent Litterae Pontificis e Raynaldi Annalibus a Prayo in suos transscriptae. *a*) — Non tamen possum induci, ut cum piae memoriae Historiographo Stephano Katona *b*) electionem aliquam in Ludovico, vel quoties Rex plures praesertim filios post se reliquerat, simpliciter locum non habuisse credam; siquidem per ipsummet Cl. Auctorem in comprobationem prolata Joannis Archidiaconi, vel Comitis Pauli Judicis Curiae verba, dum parte ex una de patrimonio Regni hungarici, jure et ordine geniturae, deque Regni solio jure plane naturae Ludovico debito loquuntur; parte ab alte-

a) *Pray* Annalium Part. 2. pag. 33. — *b*) Confer illius Hist. Crit. Tom. ord. 9. pag. 278. et 279. —

altera de praecedente Regnicolarum unanimi voluntate, favore, voto, et intentione fidem faciunt.

„Quum idem Rex Ludovicus (inquit supradictus Archidiaconus *a*) Ludovico coaevus, omniumque propemodum ejus actorum conscius) glorioso principe Carolo Re-
„ ge Hungarorum, et ejus genitore beatae
„ memoriae, ex hac vita per dominum vo-
„ cantem migrante, dominicae incarnationis
„ 1342. suae vero aetatis decimo septimo
„ anno, die dominico proximo post festum
„ divisionis Apostolorum in Urbe Albae Re-
„ galis, Magnatum, Procerum, Baronum,
„ militum, ac communitatis Nobilium regni
„ Hungariae *voluntate unanimi et favore*
„ *praecedente*, praesentibus Domina Elisa-
„ beth matre ejus Regina Hungariae, ac Do-
„ mino Thoma Vayvoda Transylvano — —
„ cum solemnitate magna et gloria corona
„ S. Regis Stephani solemniter et feliciter in
„ regem coronatus exstitisset, et eidem ge-
„ nitori suo in regni solio *jure naturae de-*
„ *bito* successisset.“ — Eundem prorsus in Sen-

---

a) In Chron. P. 3. cap. 1. —

Sensum Litterae Comitis Pauli Judicis Curiae *a*) sonant, quibus Rex Ludovicus „*in patri-* „ *monium regni Hungarici jure et ordine* „ *geniturae sibi debitum, succedens, una-* „ *nimi Praelatorum, Baronum, et Nobilium* „ *regni sui voto et intentione* in Alba-Re- „ gali — die dominico proximo ante festum „ B. Jacobi Apostoli anno Domini 1342. prae- „ terito — solemniter et honorifice coronatus" dicitur. — Nunc Dlugossum audiamus *b*) de coronatione Ludovici loquentem: „Ne autem „ regni Hungariae vacatio protelata, aliqua „ schismata aut bella forinsecus et intra pos- „ set excire; Praelati et Barones Hungariae, „ quamprimum regio funeri debitum hono- „ rem solvissent, ad providendum de futuro „ rege curas vertunt, et unanimi voto ac con- „ sensu, Elisabeth Regina praesente, senio- „ rem filium Caroli, mortui Regis, Ludovi- „ cum, decimum septimum annum aetatis „ agentem, decernunt coronandum. Domi- „ nico itaque die festum S. Jacobi Apostoli „ immediate antecedente XII. Cal. Aug. *Lu-*

„ *do-*

---

a) *Katona* Hist. Crit. Tom. 9. pag. 279. — *b*) Libro 9. col. 1063. —

„ *dovicus Dux*, per Chanadinum Strigonien-
„ sem Archi-Episcopum — in Regem Hunga-
„ riae, in Ecclesia Albae-Regalis — — unctus
„ et coronatus est, cum magno omnium as-
„ sensu et favore."

XXVII.

Ita magnis et immortalibus Ludovici, plurimos inter retroactae aetatis Reges gloriosissimi meritis tribuendum est, quod Hungari Mariae filiae, genitore, qui prole mascula carebat, adhuc vivente, successionem in solio paterno pollicerentur. Obtinuit istud, si Episcopo Palma *a)* fidem tribuimus, anno 1378. quo Rex de filiarum, Mariae quippe et Hedvigis sorte provisurus, Regni Ordines Budam evocaverat, eisdemque animi desiderium patefecit de seniore in Regni Hungariae haeredem praeficienda, dandoque illi sponso Sigismundo Caroli IV. Imperatoris et Bohemiae Regis secundo genito, ea conditione, ut ipse pariter insigniis regalibus auctus, olim cum Conjuge sua regnaret; quam Regis sui amantissi-

a) Notit. Rer. Hung. Part. 2. §. 23. et 24. pag. 108.

tissimi intentionem omnes unanimi consensione probarunt. Narrat porro idem disertissimus Scriptor, exegisse Ludovicum eo tempore à Carolo Dyrrachino, quem subinde Regnum usurpasse constat, ut cunctis juribus et titulis, quae a Maria proavia sibi quocunque tandem nomine ad hungaricas ditiones competere posse crederet, interposito solenni jure jurando renunciaret. Posterius aegre mihi persuadeo reapse obtinuisse; nititur namque istud, si recte memini, narratione unius Theodorici Niemii, Scriptoris exteri, ex ambiguo rumore desumpta (*), minimeque sibi hoc loco constantis Dlugossi. *a*) Vix autem credibile videtur, ut rem essentialem adeo, omnia Chronica domestica silentio premerent, vel Maria Regina, dum usurpationis a Carolo Dyrrachino attentatae foeditatem publicis litteris acrius ac repetitim exprobraret, perjurii atrocissimum crimen non memorasset. *b*)

Parum interim ad praesens institutum facit, quantacunque haec omnia, quae ex Palma

---

a) Hist. Polon. Libr. 10. col. 100. — *b*) *Pray* Dissert. de Prioratu Auranae p. 23. et seqq.

ma attulimus, veritate fundentur; abunde namque vel ex hactenus dictis consequitur, nulla Mariam renunciatione Caroli Dyrrachini indiguisse, quia Hungari avo Mariae Carolo Roberto, et illius duntaxat posteritati, prout regalis successio exegerat, (§. 24.) nequaquam autem collateralibus ejus cognatis jus ad solium addixerunt; consequitur etiam Mariam, nisi Regni Ordinum studia in eandem conspirassent, pari ratione, uti Andreae III. filiam, ad paternam regiminis sedem haud sane fuisse perventuram.

(*) „Rex Ludovicus, *ut dicitur*, (sunt verba „ Niemii *a*) recepit ante ab eodem Carolo juramen- „ tum, quod nunquam contra ipsas filias ejusdem „ Regis Ludovici facere, ac Hungariae sive Polo- „ niae Regna, hujusmodi vel aliqua alia dominia „ eis debita, conquirere seu recipere vellet."

XXVIII.

Ne tamen, quod modo statuimus, sola illatione asseratur, testimonia Chronici domestici, ipsiusque Mariae iterata lubenter no-

a) Apud *Leibnitz* Tom. 2. pag. 52. —

notamus. Et Thuroczius quidem *a*) „Rex „ Ludovicus, inquit, inops stirpis virilis duas „ reliquit natas, quarum altera in ordine geni- „ turae senior Maria nondum thoro matura „ puero impubi Sigismundo — — genitore „ adhuc in humanis agente, tali pacto, ut „ dum virgo nubiles veniret ad annos, nu- „ ptias simul et de sponso regem faceret, „ matrimoniali foedere irretita est. *Univer-* „ *sis Regni Nobilibus haec conditio placuit*, „ fervebant nempe illorum ante oculos re- „ centia merita patris.“ — Et paulo inferius: „ Omnis vulgus *concordi animo* hanc virgi- „ nem reginam (lege ex edit. Aug. et Brun. „ 1458. *Regem*) appellat, femineum hoc ce- „ lebri sexum nomine illustrant, illam alto „ parentis in solio locantes“ cetera. — Ite- rum Thuroczius *b*) orationem Mariae, quam post captivitatem suam ad Conventum Nobi- lium dixit, sequentibus profert: „Domini et „ fratres, qui mei genitoris reminiscentes me- „ rita, in me benevolenti fuistis animo, *et* „ *meum per vos mihi datum non la-*

„ *be-*

---

a) Chron. Part. 3. cap. 1. — *b*) Opere cit. Part. 4. cap. 3. —

„ *befactastis imperium*! Deo et vobis gra-
„ tiarum immensas refero actiones. Nostis,
„ quanto guerrarum turbine noviter elapsis
„ diebus Nostrum agitatum est regimen, quan-
„ tasque ipsa pertulerim periculorum procel-
„ las: illa mihi vestri in conspectu referre,
„ aut vobis audire, necessarium est minime;
„ omnia enim vel vidistis, vel audistis. *Nec*
„ *vestris de praecordiis puto esse lapsum*,
„ *quali pacto genitore meo gratae recorda-*
„ *tionis nondum sublato*, *vestro ad id*
„ *accedente voto*, huic principi (Sigis-
„ mundum adstantem intelligit) matrimoniali
„ foedere sim irretita. Credo enim, *quod*
„ *illa*, *quae tunc placuere vobis et*
„ *nunc placeant. Ecce igitur de spon-*
„ *so regem efficio*, jusque regni pariter et
„ diadema illi cedo.“ cet — Audiamus porro
Mariam proprio Diplomate *a*) loquentem:
„ Quod dum olim Seren. Principe Domino
„ Ludovico D. gr. Rege Hungariae, — geni-
„ tore Nostro carissimo felicis recordationis
„ debitum naturae exolvente, *et absque so-*
„ *latio*

a) Blasio Forgács elargito, apud *Pray* in Dissertatione de Prioratu Auranae loco superius citato. —

„ *latio haeredum masculinorum ab hac luce*
„ *decedente, et exhoc Nos conformitas Prae-*
„ *latorum, Baronum, et coetus universo-*
„ *rum Nobilium et Procerum Regni Nostri*
„ *Hungariae, S. Corona pari voluntate, ne-*
„ *mineque discrepante coronassent et inun-*
„ *xissent, ac sceptro regiminis ipsius Regni*
„ *Nostri insignivissent* — — Nobisque habe-
„ nam regiminis dicti Regni Nostri Hunga-
„ riae, cui dante Domino feliciter nunc et
„ votive praesidemus, sub pacis tranquillita-
„ te tenentibus."

XXIX.

Ultro largior inter privatorum civium jura, modumque in avitis haerediis succedendi, — et solennem paterni solii in proles porphyrogenitas derivationem, longissimum discrimen intercedere, raroque admodum valere a subditis ad principes argumentum. Qui tamen ex ipsiusmet Mariae verbis in Diplomate anni 1383. contentis, quibus *Se patri absque haeredum masculorum solatio decedenti in solium hungaricum, uti filius masculinus, transcendisse profitebatur*, succes-

sionem illius *Praefectioni*, sive feminis apud nos tribui solito favori in bonis masculinis succedendi assimilarunt, obscuri nominis fabulatores a Lakitsio propterea compellari haud merebantur. *a*) Certe Joannes Lucius Scriptor peritissimus, cum in causa quadam privata litigiosa anni 1407. testimoniis Nobilium Croatarum comprobatum indicaret, Reges Hungariae ab annis amplius trecentis in filiorum defectu filiam natu maximam in masculum et haeredem praeficere consuevisse, haec subjungit: *b*) „Da quest' uso, che li „Rè d' Ongeria erano soliti in mancanza „di masculi conceder *la masculinità* alle „figliole primogenite, acciochè potessero „succedere nelli feudi paterni si comprende „la causa, per la quale li stati d' Ongeria „diedero il titolo di Rè e non di Regina a „Maria figlia primogenita del Rè Ludovico."

XXX.

Tenemus igitur Mariae hujusque sponso, assentientibus Regni Ordinibus Sceptra Hunga-

---

a) Op. cit. pag. 86. — *b*) Memor. istoriche di Tragur L. 6. c. 3. pag. 389. —

gariae aequato primum jure attributa, et per Illam variis postea jactatam fatis, thori imperiique consorti, coram publico Regni Conventu, plena cum potestate fuisse translata. (§. 27. 28.) Quo minus nempe Sigismundus illico ab obitu Ludovici, uti ex aequo fieri oportebat, in regiminis consortium deveniret, machinationes Elisabethae socrus, mulieris ambitiosae, dominandique percupidae obstabant, quae et filiam, et generum, a Regni gubernatione quam diutissime excludere gestiebat. *a*) Ita factum est, ut Sigismundus non alio sub initium, quam Regni Hungariae Capitanei et Domini titulo e publica constitutione ornaretur, donec quinquennio interea elapso, quum scilicet Bohemorum aliquot cohortibus stipatus ad sedandas turbas, et liberandam a captivitate Conjugem, rebellium furore eo conjectam, in Hungariam advolasset, praemissa iterum electione, ritu Majorum ab Hungaris coronaretur, — a quo tempore annos regiminis numerare, Regisque titulum, Tutoris antea,

a) Confer *Palma* Notitia Rerum Hung. Tom. 2. pag. 139. —

Capitanei et Domini titulo usus, adhibere coepit. *a*) Repetitam hanc electionem Sigismundus identidem recognovit. Sic in Privilegio Ecclesiae Strigoniensi concesso, quod Lakitsius *b*) ex Historia Critica Stephani Katona *c*) in rem suam desumsit, et Capitulo Vacziensi erronee attribuit, testatur: „Se pri-„dem universis venerabilibus Patribus, Ar-„chiepiscopis, Episcopis, aliarumque Eccle-„siarum Praelatis, et omnibus indistincte „Principibus, Baronibus, Nobilibus, Slavis, „Croatis, Dalmatinis, et aliarum quarum-„que nationum gentibus ad dicti Regni Hun-„gariae regalis regiminis quocunque titulo „pertinentibus ditionem, convenientibus ad „Albam Regalem, *et in personam Nostram „vota ipsorum concorditer dirigentibus, ne-„mine discrepante*, in Dominica ramis Pal-„marum in anno D. 1387. tunc evoluta cum „ea solemnitate, quam regalis culminis re-„quirit sublime fastigium, conscendisse in „thro-

---

a) *Windek* Scriptor coaevus in Hist. Vitae Sigismundi cap. 4. apud *Menken* Scriptor. Rerum Germanicar. Tom. 1. — *Caresin* apud *Lucium* Libr. 5. cap. 2. — *b*) Op. cit. pag. 92. — *c*) Tom. 11. pag. 234. —

„ thronum regiminis regnorum jam dictorum“ cetera — Similia continentur in altero Privilegio itidem Strigoniensi Ecclesiae dato, et per Kovachich e Manuscriptis Caroli Fejérváry in lucem producto. *a*)

XXXI.

Caruit sat diu Sigismundus liberorum solatio; masculina propagine semper; fuitque in deligendo Principe, qui Sibi in Hungaria post fata succederet, ultra modum facilis; variabilis inquam consilii; nunc domesticis turbis, dein exterorum circumventus molitionibus, prout alios atque alios hac sua liberalitate devinciendos opportunum arbitrabatur, ita jam Wenceslao fratri; modo Jodoco Marchioni Moraviae; mox Alberto IV. Austriae Duci; denique, si Dlugosso credimus *b*), Wladislao etiam Polono coronam spopondit. Nominatim Conventionem cum fratre initam vulgavit Baro ab Hormayr. *c*) — Dona-

---

a) In Supplem. ad Vestig. Comitior. Tom. 1. pag. 288. — *b*) Histor. Polon. Libr. 11. col. 442. — *c*) Op. cit. pag. 156.

nationem in favorem Alberti factam, nec non hanc ipsam ratihabentium numerosorum Regnicolarum authenticas Litteras, collectioni reliquorum Diplomatum ad Nrum. IV. et V. adjicimus.

Non vacat disquirere, an solennis ille consensus ad Donationem Alberto factam — effectu ob maturiorem ejus mortem ceteroquin destitutam, — adeo communis omnium, quorum id ex lege intererat, et num illo praeterea loco ac forma intervenerit, ut exstantes desuper paginae pro comitiali Sanctione, per consequens pro legitimo translationis imperii Instrumento reputari debeant. Ad rem praesentem sufficit clarissima in luce positum intueri, quis hac peraeque epocha consonus Regis et Nationis sensus de haereditario feminarum jure adhucdum semper perstiterit, circa quas, *deficiente haerede masculo*, id unum e voluntate Regis, animum recte tum ad novum conjugium spemque prolium applicantis; cunctorum item Primorum assensu, centum duodecim nominibus totidemque Sigillis roborato, decernitur: ut si Rex filiam unam aut plures post mortem relinqueret, Dux easdem honorifice in matrimonium elo-

ca-

care, et quamlibet centum aureorum millibus dotare obstrictus sit.

Similis ad amussim provisio in Tractatu illo cum Wenceslao composito, quoad liberos muliebris sexus statuitur, quam in continenti subnecto: Wer aber daz wir tochter gewunnen, vnd die hinder vns liessen eine oder mere, so sollen die obgeschribene vnsere Künigreiche czu Vngern ꝛc. an den egenanten vnsern herren vnd bruder, erblichen vnd ledicklichen gevallen an geuerde. Sunder vnser egenanter herre vnd bruder sol denselben töchtern iglicher geben zehentawsent Schok czu Margengabe vnd das vormachen als leybgeding vnd margengab recht ist einer fürstinne czu vormachen.

XXXII.

Alberto itaque, cui Solium hungaricum destinabatur, anno jam 1404. humanis exempto *a*), Sigismundus in homonymum illius filium oculos convertit, eidemque septennio tar-

a) *Coronini* Specimen Genealogico - Progonologicum Domus Habsburgico - Lotharingicae cap. 3. pag. 64. —

tardius sub tutela agnati Ernesti Austriaci posito quatuordecim annorum juveni, natam Elisabetham Budae despondit. An vero ea occasione, de Regni simul haereditate in generum aut filiam olim transitura quidpiam tractatum et constitutum fuerit, licet aliquomodo subdubitare; tum ideo, quia Windekius *a*) Scriptor, quod alias monui, coaevus, quin dum ista agerentur, probabilius in Aula Sigismundi versatus *b*), memorabilem hujusmodi Sponsionem Nuptialibus adjectam nequaquam erat praetermissurus; tum vel maxime, cum multo ab his serius, anno quippe 1421. conditis in favorem Alberti Tabulis, Appendicem Nro. VI. ingressis, Sigismundus indivisam Hungariae, Bohemiae, nec non Moraviae successionem Elisabethae illum duntaxat in casum asserat, si nullo relicto masculo, filia unica superviveret; secus vero optione e duobus utrum vellet Regnis seniori permissa, alterum dehinc forte nasciturae attribuat; quamvis Elisabetha prolixioribus quibusdam Litteris Friderico Imperatori anno

1441.

---

a) Op. cit. apud *Menken* Tom. 1. — *b*) *Pray* Annales Part. 2. pag. 231. Not. 28. —

1441. in Conventu Austriacorum recitatis, quae in Mantissa Nro. VII. continentur, disertim statuat, Se eodem tempore a Proceribus Hungaris sacri profanique ordinis in haeredem assumptam exstitisse, quo pater Rex Romanorum esset renunciatus, quod proinde cum anno initorum Sponsalium 1411. utcunque coincideret.

Quidvis in re fuerit, haec vel perfunctorie repetenti, si quid ambiguitatis adhuc supermansisset, novo iterum sint argumento oportet, Elisabetham Sigismundi filiam nec e Parentis, nec e Regnicolarum, neque e sua demum Sententia jus ad Regnum *a Natalibus*, quod nuspiam commemoratur, verum a libero duntaxat Nationis assensu habuisse.

XXXIII.

A libero inquam Nationis assensu; quem prima vice Sigismundo vivente ad generum in successorem assumendum dederat, mox illo exstincto per subsecutam Alberti electionem effectu ipso confirmavit. Sic tempora, quibus haec seorsim contigerunt, supra provocatae etiam Litterae accurate distinguunt.

guunt. (*) Praeterea Albertus quoque sui electionem per verba Decreti: *Nobisque favente divina clementia in regimen et solium ipsius Regni Hungariae votive succedentibus a)*; sed magis adhuc perspicue hanc, et quidem ab obitu soceri intervenisse eo diplomate recognoscit, quo *Comitem Posoniensem Stephanum de Rozgon tempore Electionis et Coronationis suae in Regem Hungariae, Sibi inter alios principaliter adhaesisse profitetur b)* — Huc conspirare videtur ejusdem Stephani Rozgonii Epistola Posoniensibus scripta c) in qua Albertum nondum Regem sed Ducem tantummodo appellat: „ Ecce illustres Principes Dominus Dux et „ Domina Ducissa Austriae (scribit ille) in „ conductu corporis gratiosissimi Domini Nostri Imperatoris una cum Baronibus et Proceribus his proximis diebus erga vos Posonii ipsum corpus Domini Nostri illac deferendo constituentur. Ideo rogamus vos diligenter, quatenus tum ipsius Domini No-

„ stri

---

a) Alberti Decr. an. 1439. §. 1. in Praefat. — *b*) Apud *Katona* Hist. Crit. Tom. 12. pag. 821.— *c*) Ex Mss. *Cornidesianis* Tom. 12. apud *Katona* Hist. Crit. Tom. 12. pag. 820. —

„ stri gratiosissimi, tum etiam proprii hono-
„ ris vestri ob respectum, praelibatis Domi-
„ no Duci et Dominae Ducissae de cunctis vi-
„ ctualibus juxta virium vestrarum qualita-
„ tem providere velitis." —

(*) Als vnser lieber herr vnd Vatter (sunt verba Elisabethae) kaiser Sigmund seliger gedechtnus zu „ einem Romischen Kunig erwelt ward, da verschri-„ ben im die Herren geistlich vnd weltlich „ in Vngern die maynung, ob er nicht mer „ erben gewunne, vnd liesse, nach seim ab-„ gehen mit tod, dann mich einige sein „ Tochter, so wolten sie mich als erben ha-„ ben, vnd zu dem kunigreich lassen angeen „ geweltigclich vnd ainen Herrn mit mir „ erwelln." — Et haec ad aetatem refert, qua pollicitatio parenti facta fuit; immediate sequentia vero ad epocham subsecutae electionis: Nachmaln als vnser liebster herr vnd gemahl Kunigk Albrecht, dem Got barmherzig vnd gnedig sey, vnd ich zu dem reich Hungern erwelt vnd gekrönt ware, da gab mir derselb mein herr vnd gemahl solich brief vnd vrchund mit wissen vnd willen auch noch rate der Prelaten vnd Lanndher-ren zu Hungern vnd mit iren insigln, ob das wurde, das er abgieng mit tod, er dann ich, das die hungrischen Herren geistlich vnd weltlich mich vnd mein erben als rech-te erbliche Herrschaft zu Herren vnd Erben des kunigreichs zu Hungern aufnemen. —

Quis obsecro inde Elisabetham Hungariae Reginam a natalibus fuisse concludet?

XXXIV.

Nec aliud domestica et vicinarum provinciarum Chronica illius temporis produnt. Ita Thuroczius: *a*) „Liquerat Imperator Sigismun-
„ dus regni pro haerede unicam tantum na-
„ tam, Elizabeth denominatam, quam ex
„ illustri Regina Barbara, nata quondam spe-
„ ctabilis Hermanni, Comitis Ciliae, secunda
„ videlicet consorte sua, genuerat. Hanc ipse
„ Imperator Alberto Duci Austriae, adhuc in
„ humanis agens, hac sub conditione, ut sibi
„ gener pariter et filia in regno succederent,
„ ritu christiano legitima pro consorte loca-
„ verat. *Et quum haec dispositio populo*
„ *Hungarico displiceret minime;* Imperato-
„ re tumulato, ipse Dux Albertus mox intro-
„ ductus est; primaque novi tunc subsequen-
„ tis die anni, dominicae scilicet circumci-
„ sionis celebri in festo, domini autem 1438.
„ anno, eadem, qua primi Reges Hungariae
„ glo-

a) Chron. Part. 4. cap. 25. —

„ gloriae cum pompa feliciter exstitit coro-
„ natus."

Chronicon Austriacum *a*) haec habet: „Ele-
„ ctus est Serenissimus Princeps Albertus Dux
„ Austriae feria IV. ante festum S. Thomae
„ Apostoli in Regem Hungariae."

Chronicon Mellicense ad annum 1437. *b*): „Eligitur in Regem Ungariae, Croatiae,
„ et Dalmatiae praefati Imperatoris gener,
„ Dux Albertus praedictus, Elizabethque ejus
„ conthoralis in Reginam, unanimi voce
„ omnium et singulorum Archiepiscoporum,
„ Episcoporum, Comitum, Baronum, Nobi-
„ lium, Procerum, militum, et militarium
„ Posonii" etc. etc.

Chronicon Bavariae *c*): „Eodem anno
„ (quo Sigismundus obiit) feria IV. 19. die
„ Decembris in Prusiano (Posonio) Albertus
„ Dux in Regem Ungariae est electus."

Idem testatur Martinus de Senging Scriptor coaevus *d*) in haec verba: „Anno dom.
„ 1437. proxima feria IV. ante festum B. Tho-
„ mae

a) Apud *Hieronym. Pez* Tom. 1. col. 734. — *b*) Ibidem col. 256. — *c*) Vide *Katona* Histor. Crit. Tom. ord. 12. pag. 821. — *d*) Apud *Bernard. Pez* Cod. Diplom. Part. 3. pag. 232. —

„ mae Apostoli, illustris Princeps Dominus
„ Albertus, Dux Austriae, Stiriae, Carin-
„ thiae etc. Marchio Moraviae Comesque Ty-
„ rolis etc. electus est in Regem Hungariae in
„ oppido Posoniensi per Episcopos et Baro-
„ nes aliosque incolas regni Hungariae, qui
„ pro majori parte ibidem fuerunt."

Denique Dlugossus *a*) „Ungariae Baro-
„ nes (inquit) concordibus animis Alberto in
„ Regem electo, Calend. Januarii ipsum in
„ Regem et Elisabeth consortem suam in Re-
„ ginam in Alba regali coronarunt. Impera-
„ trix Barbara. dimissis, quae in Ungaria
„ obtinebat, inexpugnabilibus castris, liber-
„ tati reddita est; XII. millia auri, quoad
„ viveret, ei quotannis in certis reditibus
„ constituta." —

XXXV.

Ob simultaneam Regis ac Reginae electionem, ab Elisabetha atque in Chronico Mellicensi provocatam (§. 34.), suboritur quaestio, num summa potestas jam Alberto vi-

a) Op. cit. Libr. 12. col. 700. —

vivente communis cum uxore; an per hanc post illius fata suo; vel utrum denique tutorio filii posthumi nomine exercita fuerit? — Primum defendit Lakitsius *a*); Prayus alterum *b*); tertium Schönvisnerus adstruit *c*), nuper reipublicae litterariae ereptus. — Lakitsii equidem doctrina falsae ex integro hypothesi superstructa, per se satis, imo ipsius plane Reginae testimonio convellitur; ut quid enim huic opus fuisset mariti chirographo ad summum imperium ab ejus fatis consequendum (§. 33. ad (*), si illud proprio jam antea jure tenebat? — Ratiocinio Prayi inde adducto, quod Elisabetham alicubi dixisse legerit: *Se ad regiae, paternae scilicet sublimitatis solium, tamquam veram ac legitimam haeredem evocatam esse*, peraeque plura validissime opponuntur. Inprimis evidenter constat, Mariam I., crebroque nominatam Elisabetham, non inde haeredes Regni compellari, quod ambae Regum mascula prole carentium essent filiae, in quo nihil inter eas et Andreae III. natam intererat (§. 20.); verum quia

---

a) Op. cit. pag. 98. et seqq. — *b*) Annal. Reg. Hung. Part. 2. pag. 338. — c) In Catal. Numophyl. *Szétsén.* Part. 2. pag. 216.

quia Ordines Hungariae, observantia regii sanguinis permoti, utrique nominatim cum earundem maritis, in quos ipsi consensissent, libera voluntate successionem in regno paterno addixerunt, salvis translati imperii conditionibus. Sed vagum et precarium sensum *haeredis* vocabulo, uti multis aliis illa aetate attributum, prodit vel art. 12-us ex Alberti Decreto *a*) isthic minime praetermittendus, quo nimirum statuitur: *Quod dispositio pro Serenissima Principe Domina Elisabeth Regina, et ejus Status honoris conservatione, ex quo est haeres hujus regni, fiat; ubicunque vult in regno.* Perobscura haec constitutio, qualemcunque eidem indere quis velit significatum, semper superflua, regiaeque dignitati manifeste derogatoria erat, si ad Regni haeredem attinebat, cui regia potestas vivente marito, aut mortis causa, competiit. Quantum proinde vim mentemque ejus assequor, eo collimabat, ut cum Reges nostri conjugibus in reditus statui correspondentes, et vidualem quoque sortem, alias ipsi certos proventus assignaverint; tunc autem ab extra-

a) Anni 1439. —

tranea familia accersito, Regis filia nupserit, illique hujus potissimum connubii causa Corona obtigerit, — aequum videretur, domesticae Principi, suorum redituum ubi voluerit deligendorum, arbitrium plene relinquere.

XXXVI.

Non minori attentione digna sunt, quae Matthias I. in Instructione Praeposito Posoniensi ad Ducem Calabriae misso data, in hunc sensum scripsit *a*): „Optat quippe ipsa
„ Domina Regina (Beatrix Matthiae consors)
„ per Nos effici, ut post Nostrum obitum No-
„ bis in regimen et regno succedat, imperii-
„ que Nostri habenas moderetur, quod Nos
„ etiam si omni studio conaremur efficere,
„ tamen nequimus, et neque verbum de hac
„ successione subditis facere audemus, nisi
„ forte perpetuum odium et malevolentiam
„ illorum, tam contra Nos, quam etiam ipsam
„ Reginam contrahere vellemus, mallet quip-
„ pe hoc hominum genus (de Hungaris loqui-
„ mur)

a) *Kovachich* Scriptor. minor. Tom. 1. Nro. 41. pag. 341.

„ mur) ad unum usque jugulari potius. quam
„ per feminam gubernari; meminit enim,
„ quod superiori quodam tempore *semel* sub
„ femineo fuisset imperio, et pessime guber-
„ natum, pessime etiam tunc regno succes-
„ sisset, et quidem taliter, quod in hunc us-
„ que diem regiminis illius (ut ajunt) sapor
„ in ore esset eorum. — — — Ut Dominatio
„ *S*ua Illustrissima sciat et rem aperte intelli-
„ gat, nisi in vita Nostra efficiamus, quod fu-
„ turus Rex eligatur, post mortem Nobis in-
„ tegrum non erit, quia potestas eligendi ad
„ incolas Regni devolvetur.“ Clausula, quae Hungariam semel tantummodo sub femineo fuisse imperio dicit, perspicue indicat, a Matthia Mariam I. non item Elisabetham pro regnante Regina haberi. Quomodo verò quis in animum induxerit, ut putet, Regem factum recens, et ad communem omnium notitiam pertinens, vel ignorasse, vel negare voluisse, qui plane aetate suppar sub obitum Elisabethae natus erat?—Praeterea hujus Principis nec Decretum ullum, nec numi procusi exstant; eandem denique (ut phrasi utar Pauli de Paulo *a*) in

a) Apud *Schvandtner* Scriptor. Rer. Hung. T. 3. pag. 724. —

in Regem, quemadmodum Mariam, haud fuisse coronatam, disceptatio inter Strigoniensem et Veszprimiensem Antistites exorta districtim perhibet. Quorum omnium combinatione opinio Schönvisneri, qui matrem pro pupillo Ladislao, cujus nomine monetas signavit, regnasse mavult, longe verosimilior redditur.

XXXVII.

Argumentum a lite de jure perficiendae coronationis desumptum, quo olim Stephanus Katona pugnabat, Vir omni mea laude, Zoilorumque cavillis longe superior, equidem ultro desererem, si demonstratum ivisset D. Gustermann *a*), Elisabethae Sceptra paterna a natalibus competiisse, probe conscius, nihil coronam modumque inauguralium solennium de jure decidere, quando successionis ordo legitime antea stabilitus praeexistit. Verum supposito hoc evanescente (§. 9. 32. 33), dum, praesertim qui Historiam Hungariae primis, quod ajunt, labiis degustavit,

a) Op. cit. §. 82. pag. 244. et seqq. —

ignorat nemo, quid leges ac non interrupta ab origine regiae dignitatis consuetudo, quid communis populi existimatio coronationi detulerit, — aut me prima rudimenta artis criticae fugiunt penitus, aut secundum istius regulas ab exorta controversia de peragendis coronationis ritibus solide infertur, hos Archiepiscopum Strigoniensem citra ullam quaestionem fuisse peracturum, si Elisabethae pari, uti Mariae, ratione, cum nomine Reginae summa Regis potestas accessisset.

XXXVIII.

Biennio interim a Sui coronatione nondum praeterlapso Albertus e vivis sublatus, regimen curarum ac periculi plenum reliquit: in Bohemia Hussitarum sive Utraquistarum turbae in dies crescebant; ab oriente vero immanis tempestas exurgere videbatur, posteaquam Amurathes Turcarum Sultanus, edomitis Graecis audacior et formidolosior redditus, ingentes apparatus ad invadendam, subjugandamque si fortuna faveret, Hungariam, facere animadverteretur. Quo in ancipiti atque perdifficili rerum situ Regina cum

Pri-

Primoribus Regni abunde intelligebant, si quando, nunc praecipue, viro forti ad imperii habenas moderandas opus esse, qui vastas provincias sua fortitudine tutaretur, internis dissidiis sua potentia obviaret, sua denique auctoritate populos, lingua et moribus tantopere discrepantes, in officio retineret. Hac una servandae reipublicae causa Legatos, qui Wladislao certis sub conditionibus coronam Hungariae, et quidem consentiente Regina, offerrent, dimissos fuisse, coaevorum Scriptorum *a*) Diplomatumque testimonio nititur magis, quam ut amplius enarrari et persuaderi debeat. — Testantur id quippe nunc memorati Oratores Cracoviam expediti litteris de adimpleta missione solenniter conditis *b*); testantur iterato Regni Ordines Budae in Comitiis anno 1440. praesentes universi duplici Instrumento, quorum prius *c*) Ladislai in-

a) *Thurocz.* Chron. Part. 4. cap. 28. — *Dlugoss.* op. cit. Libr. 12. col. 712. et 719. — Consuli etiam potest *Philippi Callimachi* de Rebus ab Uladislao Polon. atque Hung. Rege gestis Lib. 1. apud *Schvandtner* Script. Rer. Hung. Tom. 1. pag. 447. et seqq. — *b*) *Matthias Dogiel* Diplomat. Regni Polon. Tom. 1. pag. 54. — *c*) Idem op. cit. pag. 55. et *Katona* Hist. Crit. T. 13. p. 70.

infantis coronationem die 29. Junii rescindit, posterius 17. Julii inaugurationem Wladislai I. repraesentat *a*), quaeve licet longius excurrant, eo non obstante in comprobationem assertorum Nro. VIII. et IX. ad Appendicem proferimus.

Ipse demum Wladislaus Diplomate, quo Simonis de Rozgon Episcopi Agriensis merita enumerat *b*): „Quum, inquit, de Regno „Nostro Poloniae per notabiles Elisabeth Re- „ginae ac Universitatis Praelatorum, Baro- „num, et Nobilium hujus Regni Ambasiato- „res, pleno eorundem mandato ad Nos trans- „missos, ad regimen hujus Regni Hungariae „non tam invitati, quam solenniter electi, „hoc Regnum Hungariae ipsius electionis „jure in spe promissae pacis invitantium, „nullius dolositatis insidias timentes ingre- „deremur, medioque tempore per D. Elisa- „beth, Reginam praedictam, hujusmodi spon- „taneae Suae invitationis ac electionis de „Nobis factarum, propositum iniquo Consilio „inconstanter immutantem, initis cum non- „ nul-

a) Idem *Dogiel* op. cit. pag. 56.; et *Kovachich* Vestig. Comit. pag. 235. — *b*) *Katona* Hist. Crit. Tom. 13. pag. 82. e Mss. *Vagnerianis*.—

„ nullis perversis Teutonicis ac Bohemis da-
„ mnosis confoederationibus, exquisita im-
„ pedimentorum genera contra hujusmodi
„ electionem Nostram, ne eadem efficeren-
„ tur, fabricarentur" cet.

XXXIX.

Tabulae, quas Rex adhibitis quoque Sponsoribus Poloniae Proceribus confestim post acceptam legationem Hungaris dederat *a*), haec mutuae obligationis capita in se complectuntur: Wladislaus tempore Coronationis jura, immunitates, et usitatas Regni consuetudines jure jurando, editisque litteris confirmabit; servabit statuta praedecessorum ac jura Ecclesiae inviolate; bona hujus adversus omnem injuriam defendet; ratas habebit Donationes Reginae viduae, in quantum jure niterentur; utrumque Regnum contra quosvis hostes, Turcas praecipue ac Tartaros, sibi mutuo auxiliabitur. Russia et Podo-

---

a) Litterae per extensum videri possunt in opere, cui titulus: Explicatio Juris Hung. in Russia Rubra et Podolia pag. 18. item apud *Katona* Tom. 13. pag. 23. —

dolia penes Poloniam sine praejudicio nihilominus Hungariae tamdiu remaneat, donec praetensio ex aequo dirimatur: Moldaviae partitio eadem sit, quae temporibus Sigismundi. Scepusii oppida cum arce Lublo Hungariae post coronationem gratis restituantur. Per Regem nemini infidelium exulum redeundi venia detur absque Praelatorum et Baronum consilio. Barbarae Reginae commoratio in Regno haud indulgeatur, cui tamen alibi ad sustentandam dignitatem Rex providebit.

XL.

Quibus, ut videmus, nihil de Elisabetha neo electo Regi in matrimonium jungenda, aut Illius filio constituitur. Quod autem Lakitsius facto postea comprobatum ait, Elisabetham nonnisi in casum nascituri filii abdicare se Regno voluisse *a)*, perperam, ut saepe alias, ab eventu arguit, et ad convellendam publicam Ordinum fidem nullo modo sufficit, qui apertissime scribunt *b)*: „*Acce-*

„ *den-*

a) Op. cit. pag. 99. — *b)* Vide Appendicem Nro. 8. —

„ *dente primum ad hoc Illustrissimae Prin-*
„ *cipis D. Elisabeth Reginae nostrae, prae-*
„ *nominati D. Alberti consortis legitimae*
„ *expressa voluntate*, obtulit se prae omni-
„ bus aliis mentibus nostris persona Excellen-
„ tissimi Principis D. Wladislai D. gr. Polo-
„ niae Regis moderni, Domini gratiosissi-
„ mi. — — Et statim ut potiremur votis ad
„ conficiendum hujusmodi negocium misimus
„ ad praesentiam praenominati D. Regis so-
„ lemnes Ambasiatores et nuncios nostros,
„ *speciali et sufficienti auctoritate et man-*
„ *dato, tam praefatae D. Elisabeth Regi-*
„ *nae, quam nostra et regni totius fultos,*
„ *et de expressa mente et voluntate ejusdem*
„ *ac nostra* ad plenum instructos, — — et
„ hi — — — D. Wladislaum in Dominum et
„ Regem Regni Hungariae et nostrum, prae-
„ missa auctoritate et mandato, nomine
„ Regni ejusdem nominaverunt et legerunt,
„ expressis — — in ipsa electione omnibus
„ conditionibus et modis, qui juxta tradi-
„ tam ipsis formam exprimi debuerunt, et
„ signanter illis, *per quos secundum volun-*
„ *tatem Reginae praetactae, et nostram col-*
„ *laudationem et consensum, ipsi Reginae*

et

„ *et proli, quam tunc in utero gestabat, ex* „ *ea, sive in sexu masculino, sive femineo* „ *generanda, sufficienter exstiterat promis-* „ *sum*, omniaque hujusmodi electionis nego- „ cia, *post intimationem de nativitate filii* „ *per praefatam D. Reginam, praefatis nun-* „ *ciis nostris factam, mandato praefatae* „ *D. Reginae, et conclusa, et consummata* „ *sunt.*“ Idem altero Diplomate *a*) ad amussim confirmant. His accedit, quod Regina ipsa consensum hunc se antea dedisse haud uspiam, ne tum quidem inficietur, quando scripta ex professo epistola, sua filiique jura coram Friderico III. prolixe exposuit *b*); neque restrinxisse comperiatur ullibi ad conditionem, ut si marem interea pareret, nulla legationi vis insit. — Unum Aeneam Sylvium *c*) simile quid scripsisse recordor, cui tamen praeter allata monumenta, Thuroczium *d*) et Dlugossum *e*), qui rebus gestis interfuerunt, opponimus.

XLI.

---

a) Ibidem Nro. 9. — *b*) Ibidem Nro. 7. — *c*) Epist. 81. ad Leonardum Episcopum Pataviensem, cap. 1. de Europ. — *d*) Chron. Part. 4. cap. 28. — *e*) Libr. 12. col. 719. —

XLI.

Interest antequam ad ulteriora progrediamur observare, quam mira plane consensione non tantum Diplomata, sed quotquot in rem praesentem scripserunt, domestici extraneique Auctores, et hos inter Aeneas etiam Sylvius, Alberti posteris addictissimus, semper de mascula solum Elisabethae prole, modo nascitura, subinde nata loquantur; nullibi contra ad jus filiarum, quarum duae existebant, reflectant. Quo posito causam ceteroquin nullam maturandae in Poloniam legationis ex eo subortam fuisse invenio, quia nescio quibus indiciis Regina se rursus femellam utero gestare praesagiebat. Aegre itaque luculentis adeo, et solennibus, totiesque repetitis testimoniis conciliari possunt, quae Elisabetha de haereditate ad filium filiasque extensa coram Friderico recitari curavit *a)*, hocque sane difficilius, quod ejus nos Sponsionis exemplar deficiat. Id interim e praemissis luculenter evenit, vigorem similis promissi, subsequo Reginae in Wladislai electionem assensu, omnino evanuisse.

At

---

a) In Appendice Nro. 7. —

At legi fundamentali eam vim inesse monet Lakitsius *a*) „ut ab ordine regiae succes-„ sionis stabilito, nec Reginae integrum fue-„ rit recedere, neque Regni Statibus.“ — Haud dubie; verum docuitne ille, quod praetendit, quocunque denique loco, jus haereditarium filio nascituro non beneficio matris, non Ordinum Regni, sed beneficio legis fundamentalis competiisse?

XLII.

Hinc itaque derivandum reor, quod post infelicem Wladislai ad Varnam interitum, Regni Ordines primum congregati, Ladislaum Posthumum, ut ut is Alberti filius, et legali diademate, matre ut vidimus volente, asseclarumque adjutorio redimitus foret, pro necessario haerede non agnoverint. Clarum super eo documentum Conventus ejusdem Constitutiones suppeditant, quas a nemine antea editas ex Originali, in Archivo Regni deposito sumpsit, notisque illustratas protulit indefessae diligentiae Kovachichius. *b*) In his

a) Op. cit. §. 65. pag. 100. — *b*) Supplem. ad Vestig. Comitior. Tom. 2. pag. 9. —

his limpidissime declaratur, Ladislaum dupli-ci sub conditione pro Rege assumendum, puta, si Wladislaus inter vivos amplius non reperiretur, et Fridericus Caesar Pupillum cum Corona restituerit: „Quodsi, (inquiunt „ Status) supradicta Regia Majestas (Wladis-„ laus nempe) usque octavum diem Sanctae „ Trinitatis proxime venturum non redierit, „ aut de vita Sua per nostrum nuncium, ea „ de causa nunc ad Poloniam transmissum, „ plena et indubitata certitudo reportata non „ fuerit, extunc omnes universaliter Illustris-„ simum Principem Dominum Ladislaum, „ natum condam Domini nostri Alberti Re-„ gis Hungariae, si et in casu, quo nobis „ Eundem cum sacra Regni Hungariae Coro-„ na restituere, et in medium nostri Domi-„ nus Rex Romanorum, in cujus manibus ad „ praesens consistunt, dare voluerit, dede-„ ritque, et de facto assignaverit, *in verum „ et legitimum Regem Hungariae et Domi-„ num nostrum assumemus*, *et pro Rege „ habebimus et tenebimus*, *vita sem-„ per Sibi comite in futurum.* Casu autem, „ quo Eorundem restitutio, et in medium no-„ stri assignatio nobis fuerit recusata, in

„ nullo

„ nullo Sibi, scilicet Ladislao Principi, volu-
„ mus esse obligati, quin imo hujus Regni
„ moderno statu et necessitate requirente,
„ providebimus de Rege et Principe, cujus
„ sub regimine ipsum Regnum a suis peri-
„ culis et oppressionibus valeat opportune
„ liberari, et in statu tranquillo et pacifico
„ permanere."

Quibus conditionibus sufficienter monemur, Regnicolas sibi potestatem libere Principem eligendi aperte reservasse; clausulam vero, qua dignitatem regiam *vita semper Sibi comite in futurum* Ladislao pollicentur, ad personam duntaxat illius manifeste restrictam non alio tendere, quam ut ne quid juris haereditarii pro posteritate Regis involvere videantur. Disertius adhuc hanc sententiam Comitia biennio tardius art. 44. *a*), qua norma eligendi futuri Regis praescribitur, in haec verba expresserunt: „Item si Domi-
„ num Regem quocunque tempore decedere
„ contingat, extunc Domini Praelati et Baro-
„ nes in Electione novi Regis inter se dispa-
„ res esse non debent, sed de singulis Co-
„ mi-

a) *Kovachich* Supplem. ad Vestig. Comit. Tom. 2. pag. 88. —

„ mitatibus certos Nobiles convocare facien„ tes, cum eisdem unanimiter faciant Ele„ ctionem.“ — Quod autem haec ad antevertendos a venturis Regum electionibus tumultus sancita, indicio esse non possint, quasi Hungarorum animi a Ladislao fuissent alienati, art. 49. *a*) satis ostendit, qui adversum omnes, alterius quam electi jam Regis partibus adhaerentes, notam perpetuae infidelitatis tanta cum severitate decernit, ut ne ipsius quidem Regis gratia reo suffragari valeat.

XLIII.

Cum de iis, quae ad electionem Matthiae Corvini referuntur, Lakitsius disserit, plura oppido recenset, quae, dum Historiae et adjunctis ejus aevi vix congruunt, eundem non una vice memoria labi oportuisse indigitant. Nam ut vanissimae suspicioni, quam de via Corvinianae Domui, adolescente ac valentissimo Rege superstite, ab amicis ad thronum sternenda prodit *b*), nihil immoremur, — ex iis

a) Loco cit. pag. 93. — *b*) Op. cit. pag. 103. ad X.—

iis, quos post improvisum Ladislai obitum Regnum Hungariae affectasse tradit *a*), excepto uno Casimiro Polono, juniorem Regis defuncti sororem in matrimonio tenente, reliqui omnes pro Bohemia solum competebant; qua de re Aeneas Sylvius loco, quem etiam Katona ad Hungariam pertinere erronee putavit *b*) admodum perspicue loquitur: „Ex „Competitoribus, (ait ille in Historia Bohe„mica *c*), Carolus Rex Franciae, qui filiam „Ladislao desponderat, Regnum alteri ex „filiis suis petere, aut ei committi, cui filiam „tradere non dedignaretur. Casimirus Rex „Poloniae sororem defuncti Regis (Elisabe„tham) sibi nuptam esse ajebat, atque Re„gnum deberi. Pari ratione Guilielmus Sa„xoniae Dux utebatur, cui Anna soror natu „major nupsisset. Fridericus Imperator ejus„dem Regni ordinationem suam esse affir„mabat, in qua feuda solennia neglecta fuis„sent. Nec sine spe Sigismundus, et Al„bertus Austriae Duces fuere, qui deficiente „*Rege Bohemiae* sine virili sobole, ex Au-

„stria

---

a) Ibidem. §. 67. — *b*) Hist. Crit. Tom. 14. pag. 41. et 42. — *c*) Cap. 72. —

„ stria vocandum veteri foedere Principem „ norant." — Numquid confecta res est, Aeneam Sylvium per ly: *Regnum* non aliud, quam Bohemiam, cujus Historiam scribebat, intellexisse; alioquin nullus concipio, quomodo Friderici affirmatio, qui nec Hungariam unquam ad suam ordinationem pertinuisse, nec feuda ibidem solennia neglecta fuisse dicere poterat, intelligenda sit; aut qua ratione Austriae Duces, decedente sine virili sobole Rege Bohemiae, ad Hungariae gubernacula veteri foedere vocari debuissent; quae omnia de Bohemia rectissime praedicabantur. Nominatim de Wilhelmo Saxone Alberti genero Georgius Spalatinus haec habet *a)*: „Wilhelmus etiam *Regnum Bohemiae*, „ mortuo Uladislao Bohemiae et Ungariae „ Rege, propter Conjugem Annam Regis „ Ladislai sororem germanam, vindicare sibi „ laboravit." — Ipse adeo Wilhelmus in Litteris idiomate germanico ad Pontificem redditis, eodemque loco recitatis, cum Ungariam

a) In Vita Wilhelmi apud *Menken* Script. Rer. Germ. Tom. 2. col. 1082. —

riam a Matthia, Bohemiam a Georgio Podiebrad teneri questus esset, nulla prioris Regni cupiditate prodita, alterum tantummodo jure uxoris deposcebat. Parem sententiae nostrae certitudinem Pessina Rerum Bohemicarum Scriptor alius *a*) conciliat, qui rivalibus ab Aenea commemoratis, accenset Ludovicum Ducem Bavariae, Albertum Brandenburgi, et Fridericum Misniae Marchiones, opera Rokizanae, Hussitarum principis Sacerdotis, rejectos.

XLIV.

Praeter nunc allatos, alii insuper coaevi Scriptores, Annam Alberti Caesaris filiam natu majorem, Guilielmo seu Wilhelmo Saxoniae Duci, quod circa annum 1446. evenerat, nuptui traditam cumulatissime perhibent, quae secundum Spalatinum *b*) anno ejusdem saeculi sexagesimo tertio, juxta Adamum Ursinum *c*) triennio antea diem supremum obiit,

a) Marte Morav. Libr. 6. c. 1. pag. 686.— *b*) Loco cit. in vita Wilhelmi apud *Menken* T. 2. col. 1080. — *c*) *Menken* Script. Rer. germ. T. 3. col. 1335.

obiit, duasque reliquit filias, Catharinam ac Margaretham; haec porro anno supra millesimum et quadringentesimum septuagesimo sexto, Brandenburgico Electori, non tamen Joachimo II., quod contra temporum rationem a quodam *a*) scriptum est, sed Joanni desponsa, posteros longa serie propagavit. Catharina Soror altera Henrico juniori, alias Hinconi, Georgii Podiebradii filio, nupsit. (*)

His positis, quonam quaeso Annae Wilhelmique fato fieri potuisse suspicabimur, ut jus suum nunquam allegaverint? Ut post Ladislaum V. Corvinumque etiamnum superstites penitus negligerentur? ut haeredii titulum Aeneas Sylvius, pontificia subinde fulgens dignitate, ad solam Bohemiam restringeret? ut nec Caesar Fridericus illud respiceret atque urgeret, sed litteris et nunciis persuadere Hungaris conaretur, Casimiro Poloniae Regi propter uxorem Elisabetham (non Wilhelmo propter Annam) successionem deberi *b*), si aetatis et feminarum tituli ad regni haere-

a) Animadversiones in Jus Publ. Hung. *a Franc. Rudolpho Grossing* edit. pag. 39. — *b*) Vide *Dlugossum* op. cit. Libr. 13. col. 230. et seqq.—

ditatem longa consuetudine clari evictique fuerunt?

(*) Ad fidem praedictis conciliandam, quae huc faciunt ex Annalibus Electorum Saxoniae *a*) adscribo: Pag. 31. — 1457. In diesem Jahre wurde nungedachtem Hertzog Wilhelmen (zu Sachsen) nach Absterben seiner ersten Gemahlin Bruders König Ladislaen in Böhmen, selbige Krohne von einigen Ständen angetragen, welche er aber aus Liebe zum Frieden großmüthig abschlug, und solche dem von andern Ständen zugleich mit erwählten Gubernatorn berühmten Königreichs Georgen Herrn von Cunstadt und zu Podjebrad gutwillig überließ, auch zugleich zwischen diesem, und dem Fürstlichen Hause Sachsen eine doppelte Freundschaft stiftete, gestalt Er es dahin brachte, daß seine älteste Tochter Catharina, obgedachtem König Georgens Sohne Heinrichen, nachgehends Hertzogen zu Münsterberg, und seines Bruders Sohne Hertzog Albrechten dem Großmüthigen zu Sachsen, dessen (des Königs) Tochter Zedena, ehelich versprochen und zugesagt wurde.

Pag. 38. — 1467. In diesem Jahre wurde Marggraf Johannes II. zu Brandenburg, nachgehends Churfürst, genannt der teutsche Cicero, in seinem 21ten Jahr Alter mit Jungfer (wie Sie in der Eheberedung genennt wird) Margarethen Hertzog Wilhems zu Sachsen anderer Tochter, so — Jahr alt gewesen, zu

a) *Joh. Seb. Müllers* Annales des Chur- und Churfürstlichen Hauses Sachsen von anno 1400—1700.

zu Naumburg durch den damaligen Bischoff daselbst in Anwesenheit vieler Fürst= und Gräflichen Personen mit nothdürftigen Worten, nach Ordnung der Kirchen vertrauet, leiblich mit Hand in Hand gelobt und vermahlschätzet und darbey verabredet, daß der Braut Vater zwischen selbiger Zeit und darauf folgende Pfingsten seine Tochter uf eigene Kosten nach Kulmbach in des Bräutigams Vaters (deme solches 3 Wochen zuvor anzuzeigen) Hauß bringen, woselbst Sie 3 Jahr bis uf den Sontag Esto mihi 1470. Fürstlich gehalten, und dann uf nun erwehnten Tag mit dem Bräutigam ehlich beigelegt werden solle. Welches jedoch damahls nicht erfolget, sondern erst 1476. zu Berlin bewerkstelliget worden.

Pag. 45. — 1476. 24. August Sonnabend wurde die zwischen Hertzog Wilhelms des Tapferen zu Sachsen anderen und jüngsten Tochter Margaretha mit Marggraf Johansen nachgehendes Churfürsten zu Brandenburg im Jahre 1467. uf gewisse masse beschehene Verlobung durch priesterliche Copulation zu Berlin vollzogen.

De connubio Hinconis cum Wilhelmi filia Sommersberg *a*) quoque, et Voigt Scriptor numismaticus *b*) loquuntur; nisi quod posterior pro Catharina sororem Margaretham substituat.

XLV.

---

a) Script. Rer. Siles. Tom. 1. pag. 116. — *b*) Beschreibung der Bömischen Münzen Tom. 2. pag. 267.

XLV.

Sed ut ad Matthiae electionem redeam, docemur Litteris convocatoriis, quarum autographon e Tabulariis Urbium Cassoviensis et Bartphensis Stephanus Kaprinay *a*), nos ex illo ad Appendicem Nro. X. transsumpsimus, statim nono die ab obitu Ladislai V. Comitia novi Regis creandi gratia per Regni Palatinum Ladislaum de Gara, atque reliquos utriusque ordinis Optimates Budae praesentes, ad Calendas Januarias anni 1458. Pestinum fuisse indicta. Huc Matthiae partibus addicti; contrarii, quos inter implacabiles hostes perpetuique Corvinorum aemuli, Palatinus, tum Nicolaus de Ujlak Vajvoda Transylvanus, et Paulus de Lindva Janitorum Regalium Magister praecipui fuere, ad praestitutum terminum Budam convenerunt; quum nempe sibi, ob Ladislai Hunyadii caedem, a consanquineis amicisque occisi male metuerent, in quo uno vera latebat origo et causa, quae Procerum animos ab se invicem distrahe-

a) Hungaria Diplomatica temporibus Matthiae de Hunyad. Part. 1. pag. 318. et Part. 2. pag. 113.

hebat. Ut vero Szilagyius male consciis impunitatem jure jurando promiserat, Matthias, quod Dlugossus etiam, esto semper Principibus suis faventior, veritatis viribus adactus tradit *a*), *pronis et concordibus votis*, *quod raro apud gentem illam contigisse quis meminerit*, *proclamatus exstitit.* Profecto, qualicunque nitatur veritate unius aut plurium furcarum metus, quo Szilagyium, virum cujus agendi rationem multo moderatiorem nobis Aeneas Sylvius exhibet *b*), Haselbachius *c*), Dlugossus *d*), aliique Corvinae Mastiges electionem violentasse ferebant; incredibile tamen dictu est, quanto haec Matthiae Regis electio cum applausu, qua communi laetitiae publicae significatione fuerit accepta, quam Ranzanus *e*), Thuroczius *f*) Bonfinius *g*), velut effusam prorsus ac insolitam deprae-

di-

a) Hist. Polon. Libr. 13. Tom. 11. pag. 220. — *b*) In Europ. c. 1. — *c*) Apud *Pez* Script. Rer. Austr. Tom. II. col. 889. — *d*) Op. cit. libr. 13. col. 22. — *e*) Epitom. Rer. Hung. indic. 30. apud *Schvandtner* Script. Rer. Hung. Tom. 1. pag. 396. — *f*) Chron. part. IV. cap. 63. pag. 284. — *g*) Rerum Hung. Decad. 3. Libr. 9. pag. 399. Edit. Poson. de anno 1744. —

dicant. — „Dum Comitia, (narrat inter hos „ Thuroczius *a*) Regi creando Pestini decur„ rerent, *tanto cunctus ejusdem Congrega„ tionis Populus, praeter illos, in quibus „ commissi in eum (Matthiam) criminis „ timor laborabat*, erga ipsum ducebantur „ amoris desiderio, *ut supra omnes delicias „ ipsum regium ad culmen pervenire opta„ rent.*" — Prosecuturi scilicet in filio recenti omnium recordationi alte insita immortalia merita parentis, Herois, quem illa, longeque anteacta aetas vidit omnium maximum, Joannem Hunyadium. *b*)

XLVI.

Implacabiles attamen Hunyadianae Domus inimici, licet pauci numero *c*), Matthiae aspernantes imperium, Fridericum III., transactis ab electione aliquot mensibus, nunciis primo clam in Austriam dimissis, post, ubi Mat-

---

a) Op. et loco cit. — *b*) De electione Matthiae conferri meretur *Kaprinay* op. cit. ubi de hac ex professo agit. — *c*) Seditiosorum nomina legi possunt in Litteris ad Fridericum datis apud *Kaprinay* op. cit. Part. 2. pag. 249. —

Matthias praecipuos detectae conspirationis auctores Palatinum et Vajvodam Transylvanum Magistratu privavit, per apertam seditionem, coacto Némethujvarini conventiculo, Regem optarunt, Neostadii mox etiam solenniter proclamatum. Quae seditio deinde post cruentum satis bellum identidem restauratum, famigeratis illis Pactis occasionem aperuit, quibus de successione in Regno Hungariae, cum Friderico et filio Maximiliano, semel atque iterum conventum fuit.

Oportet autem, ut eorundem Pactorum tota vis ex aequo aestimari queat, deque validitate ipsorum cum fundamento pronuncietur, uniuscujusque Conventionis singillatim non modo puncta, qua sui parte successionem respiciunt, stylumque accurate expendere; verum etiam ad personas contrahentes, tam phisicas quam morales, probe animadvertere; habere denique diligentem subsequorum temporum rationem.

XLVII.

Prima omnium Fridericum Imperatorem inter et Matthiam anno 1463. coaluerunt So-

pro-

pronii, quorum exemplar, quemadmodum ab Oratoribus Regis et Regni Hungariae signatum, Caesarique traditum fuit Nro. XI., integrum recensemus, daturi in continenti puncta, quae summam conventionis constituebant. En illa: 1. Fridericus et haeredes sui, *ab eo per lineam rectam descendentes*, finitima castra ac oppida Vorchenstein, et Kobelstorf, omni imperio porro possideant; pro summa tamen $\frac{m.}{40.}$ florenorum Regi Regnoque Hungariae, eadem, si voluerit, redimere post obitum Caesaris liberum sit; qui 2-o prouti hactenus, ita deinceps etiam, titulo Regis Hungariae utatur, atque Matthiam pro filio adoptivo habeat, ab isto vicissim patris instar honorandus. 3-o Salva Regni libertate perpetua pax, auxilia item ac subsidia Imperatori, hujusque filio Maximiliano contra quosvis hostes, excepto Pontifice Ecclesiaque Romana, nomine Hungariae addicuntur, nisi expeditione in Turcas praepediretur; vicissim Fridericus bonum Regni Hungariae statum pro opportunitate sincere promovebit. 4. Regni Corona Matthiae cum urbe Sproniensi remittitur. 5. *Vacante Regno Hungariae, filiis seu nepotibus legi-*

ti-

timis e lumbis Matthiae non exstantibus, Caesar, vel illius quem deputaverit, aut quem post fata reliquerit, filius, si vero plures remanerent, quem Regnum ipsum praeelegerit, Regno Hungariae plena cum administratione praeficiatur, et, ut moris est, coronetur. 6. Partium sectatoribus amnistia conceditur. Declaratur postremum, praemissa puncta per universos Regni Ordines fore confirmanda.

XLVIII.

Quis hinc, si modo velit, clarissime non videt, electionem his pactis stipulatam, ad personam Friderici tantummodo, aut aliquem ex ejus filiis ita restringi, ut si Matthias liberis masculis destitutus Caesarem morte antecederet, ipse vel filius inter plures ille, quem voluerit, succedat; praemortuo autem Friderico, e superstitibus Coronam is, quem Regnum praeelegerit, consequatur. — Nullam iisdem normam, vel qualem qualem constitutionem contineri deprehendimus, jus primogeniturae ordinemque successionis praescribentem; nullam etiam filiarum seu Matthiae,

sive Friderici, si quas superstites relinquerent, haberi rationem. Nemo autem hic objiciat, quorsum ii deflectunt, qui contrariam tuentur sententiam, continuationem haereditatis per se satis intelligi. Enimvero dum populus sibi liberam Regis electionem competere intime persuasum tenet, et hanc solennibus actibus continuo prosequitur, conditio tanti momenti, et proprie substantialis, communi gentis opinioni e diametro contraria, nec subintelligi, neque nudo ratiocinio inferri, verum disertis verbis exprimi debet, non expressa vero praesumi adeo nequit, ut potius manifeste exclusa censenda sit. Utrum quaeso non noverant paciscentes eodem ipso pacificationis Instrumento, speciatim ubi de retinendis per Caesarem, hujusque posteros, duobus finitimis castris agitur, tam disertam expressionem: *Et haeredes sui (Friderici) ab eo per rectam lineam descendentes*, reperire? — Quid ergo vetabat, quo minus id ipsum totidem repetant verbis, si modo mens animusque suberat, Coronam Hungariae, in seros Imperatoris nepotes transferendi.

XLIX.

XLIX.

Adductas foederis tabulas, uti ex autographis exemplis apparet *a*) Caesar et Matthias vix ulla mora interposita, ratihabuerunt; posterior easdem praeterea post Sui coronationem denuo confirmavit, Ordinum quoque legitime congregatorum ad id hac occasione accedente assensu. Isto igitur ex obtutu validitati pactorum nihil omnino cum fundamento opponitur. Utrum tamen Fridericus post toties iterata bella juri in Hungariam expressis postea verbis pace anno 1477. confecta renunciaverit, multis nondum satis liquidum videtur. Affirmat id citra titubationem Dlugossus aequalis rei gestae scriptor *b*). Eidem praeter Miechovium *c*) ac Cromerum *d*), Gerardus de Roo *e*) et Cureus *f*) quoque assentiuntur; ac pacis hujusce Litteris a Prayo ad-

---

a) Vide in Auctario Diplomat. *Kollarii*, ad *Ursini Velii* Historiam, Documentum 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. — *b*) Op. cit. libr. 13. pag. 562. — *c*) Chron. Polon. libr. 4. cap. 72. — *d*) Hist. libr. 28. pag. 417. — *e*) Hist. Austr. libr. 8. — *f*) Annal. Silesiae pag. 198. vide *Palma* Notit. Rerum Hung. Part. 2. pag. 406. —

admodum mance vulgatis *a*) tot Scriptorum testimonia nondum infringi Palma et Katona Viri acutissimi dudum ante me observarunt. Quod tandem Fridericus, qui stipulatam pecuniae summam solvere intermisit, instaurato paulo post novo bello Regis Hungariae titulum deinceps gesserit, argumentum illorum est, qui factis demonstrare amant, tantique ponderis, quantum Angliae vel Hispaniarum Burbonicae originis Regibus inanes tituli suffragantur, quorum illos se Franciae Reges, istos Archiduces Austriae moderno adhuc aevo nominare legimus.

Alioquin parum interest, renunciaveritne Caesar verbis an secus juri ad Coronam ex pactis acquisito, quando satis scitur, per secuta continua fere bella, quibus ille Matthiam et Regnum, capitalis eapropter utriusque hostis declaratus, infestare haud unquam destitit, sponsionem priorem suapte exspirasse; pacta etenim ante bellum inita, bello dein coorto amplius non tenere *b*) vel tyrones

nes

---

a) In Annalibus Regum Hung. part. 4. pag. 114. et seqq. — *b*) *Martini* Posit. de Jure Civitatis cap. 25. §. 776. et 793. —

nes norunt, quod ad praesentem casum hoc magis apposite applicatur, quanto certius est, tardiores pacificationes, Matthia regnante frequenter initas, nunquam amplius priores conditiones de successione seu confirmasse, sive iterasse; has imo nullius plane vigoris atque efficaciae postmodum habitas fuisse.

L.

Justis namque funebribus Matthiae in optima aetate intempestive sublato persolutis, Regina Vidua novi Regis constituendi gratia, Regalibus, ut apud nos usitato vocabulo dicuntur litteris, ad calcem Nro. XII. recurrentibus, Conventum generalem Pestinum praefixit, ubi convenientibus Regni Ordinibus, ante omnia Joannis Corvini, ac exterorum Principum Coronam ambientium oratores exauditi; post Wladislaus, hactenus Bohemiae Rex, concordibus animis proclamatus fuit, quod ipsum intervenisse universis Regnicolis scripto nunciabatur *a*). —

Mis-

---

a) *Kovachich* Vestig. Comit. pag. 411. —

Missis reliquis copiosis hujusce electionis testimoniis, unum instar omnium adduxisse suffecerit, ipsius Principis neo electi, ad confirmationem jurium, consuetudinum, Regnique libertatum sequenti tenore Codici legum domestico insertum *a*): „Nos Uladislaus Dei
„ Gratia Ungariae, Bohemiae Rex etc. Quod
„ cum his diebus superioribus Serenissimus
„ Princeps condam Dominus Matthias Rex
„ Ungariae etc. ab hac luce absque haere-
„ dum legitimorum solatio decessisset, Do-
„ mini Praelati et Barones ceterique Proce-
„ res et universi Incolae Regni ejusdem, ad
„ quos scilicet jus eligendi novum Regem ex
„ vetustissima Regni ipsius libertate et con-
„ suetudine devolutum exstiterat, animadver-
„ tentes se Principe orbatos esse, nec posse
„ commode et sine omni detrimento Regni
„ diutius capite carere; post plures Tracta-
„ tus de novo Rege eligendo, et praeficien-
„ do, inter se habitos, oculos mentis ipso-
„ rum in Nos conjecerunt, et ceteris omni-
„ bus Principibus Christianis, competitori-
„ bus

---

a) Vide Decreti confirm. Wladislai de anno 1490. Praefationem in Corp. Jur. Hung. —

„ bus scilicet Nostris, qui videlicet Regnum „ ipsum similiter ambiebant, Nos praetule- „ runt, *sibique — — in Regem et Domi-* „ *num elegerunt.*"

LI.

Longe ab his aliter Maximilianus de juribus genitori olim stipulatis sentiebat, Hungariae suam in ditionem redigendae omni studio intentus; enixe itaque hortari primum Regnicolas electionis perpetrandae causa coadunatos *a*), ut Sui faventem haberent reflexionem; dein ubi Se praeteritum intellexit, arma in eosdem neoque electum arripuit, spe successus tanto majori, quod probe nosset bellicam illam virtutem, ac excelsum Matthiae animum invictum casibus, in Wladislaum cum diademate nequaquam transiisse. Opportune etiam hujus frater Albertus alter Regni aemulus, eodem tempore superiores Regni plagas invaserat. Ita nullo negotio Vien-

a) Maximiliani litteras lege apud *Kovachich* Vest. Com. pag. 408. —

Viennam, mox reliquam Austriae partem recepit, et in continenti Hungariam ingressus, occupatis compluribus locis, Albam usque Regiam penetravit. Versa tamen abhinc est alea belli, Maximilianus namque adversam expertus fortunam ad pacem, a qua Wladislaus aeque non abhorrebat, animum applicuit. Conventum fuit utrinque Posonii per Oratores, et 7-a Novembris anni 1491. foedus, quod alteram Friderico quaesiti per pacta conventa summi in Hungaria imperii epocham constituit, in haec potissimum capita compositum: 1. Wladislaus porro Rex Hungariae maneat, Regnumque *in haeredes suos masculos legitimos* transmittat. — 2. Inter Wladislaum, Caesarem Fridericum, Caesarisque filium, jam Romanorum Regem, universalis injuriarum oblivio, pax perpetua, mutuum denique amicitiae studium obtineat. — 3. Cuncta bello ablata, demptis mobilibus, mutuo restituantur. — 4. Loca, quorum aliqua designantur, per Matthiam occupata, vel ante gestum cum Eodem bellum per Caesarem possessa, ad hunc deinceps etiam pertineant. Possessores privati, huic sanctioni refragaturi, communibus paciscentium armis com-

compescantur. — 5. Debitum Matthiae Regi in centum mille florenis obligatum Caesari remittitur, totidemque Eidem in belli sumptus compensandos addicuntur. — 6. Sponsiones veteres de successione Wladislaus et universum Regnum sic teneatur ratificare ac renovare: *ut si Wladislaum haeredem masculum non contingat suscipere, aut susceptum vita fungi, nullo haerede masculo per lineam rectam descendente post Eum relicto, Regnum in Regiam Romanorum Majestatem, aut Ejus haeredes per lineam rectam ex lumbis Suis descendentes devolutum intelligatur ipso facto;* in hujus sponsionis roborationem Wladislaus Diaetam quo citius indicat, ubi universi Regni Status praesentem Conventionem pro se suisque haeredibus medio solennis Chirographi hac concepta verborum formula amplectantur: *Si Dominum Uladislaum Regem liberis masculis ex lumbis Suis, legitime procreatis non relictis, aut Eisdem relictis et sine haeredibus descendentibus mortuis, decedere contingat, quod in tali casu ipsum Maximilianum Romanorum Regem, aut Eo non existente, ali-*

quem ex filiis Suis, aut his non existentibus eotum haeredibus masculis ex lumbis Eorum descendentibus, quem eligendum duxerint, pro suo legitimo et indubitato Rege acceptabunt, — ad possessionem Regni absque omni difficultate venire permittent, in possessionem Regni inducent, et illi uti Regi et Domino suo debita obsequia praestabunt, hancque sententiam publice et solenniter in eadem Congregatione Romanorum Regi in praesentia suorum Oratorum jure jurando promittant. — 7. Qui ex Regnicolis in proximis Comitiis aberunt, idem in tardioribus ad Pentecostalia convocandis praestent, atque ab universo Populo Rex Romanorum aut Sui haeredes, casu quo Ipse Dominus Uladislaus Rex sine legitima prole mascula superstite mortem obiret, in futurum Regem Hungariae acceptari procuretur. Simile tandem juramentum a Majoribus ad liberos tamdiu renovetur, donec casus stipulatae successionis emerserit. — 8. Tutela filii minorennis post fata Uladislai juxta morem Regni obtineat. Tutores attamen, atque ipsi adeo haeredes, cum legitimam aetatem attige-

gerint, pari se se juramento obstringant. — 9. *Si Uladislaus sine haeredibus masculis decedens filiam unam vel plures reliquerit, has Romanorum Rex vel Haeredes honeste dotare et maritare*, viduae autem dotem solvere tenebuntur. — 10. Maximilianus aut Istius haeredes Regnum suscepturi majori anni parte in Regno habitent. — 11. Is, qui juxta capitula praefata a Regnicolis Rex acceptabitur vel eligetur, non armis, ut hostis Regnum ingrediatur, verum invitationem patrio more exequendam in limitibus praestoletur, qua occasione jura, immunitatesque, atque approbatas consuetudines se servaturum polliceatur. — 12. Maximilianus titulo Regis Hungariae uti possit. — 13. Det operam Wladislaus, ut Eo *sine liberis masculis decedente*, Bohemi quoque Maximilianum Suosque haeredes Reges amplectantur. — Reliqua puncta minoris momenti, quae ceteroquin ex ipso Documento sub Nro. XIII. in Mantissa videri possunt, data opera praetermitto.

LII.

Cunctis his articulis minutatim pervestigatis, nullibi iterum, nullumque in eventum femineos paciscentium Principum posteros juris ad Coronam Regnique gubernacula participes deprehendimus; nil enim post exstinctam aliquando virilem Wladislai progeniem, nisi honestam dotem unice, et collocationem remansuris regiis filiabus addicunt, de femellis Archiducibus Austriae ne mentione quidem injecta. Eadem ratione imo disertim excludunt illi titulum juris qualemcunque ab anteriori nativitate, linea, vel gradu proximo allegandum, alioquin potestati Regnicolis dehinc servatae, pro arbitrio quem vellent e filiis, vel masculis Maximiliani descendentibus seligendi, ex integro contrarium, quod rursus opinor perspicuum est adeo, ut nulla egeat comprobatione.

LIII.

Frustra laborant, qui pacta anni 1491. cum Maximiliano inita, ac subinde per Fridericum et Wladislaum confirmata, Ordinum quo-

quoque consensu roborata fuisse evincere volunt. Ratihabitionem, quam ad calcem operis Nro. XIV. damus, Proceres numero non plures sub initium, quam quindecim subscripserunt, quibus quatuor adhuc, nec non Transylvanicas Saxonum Sedes serius accessisse, Indiculus Auctarii Diplomatici per Kollarium notatus pandit. — Verba autem Wladislai: „ Cum Nos, qui pacis et concordiae cupidi „ semper sumus, Oratores et Nuncios Nostros „ speciales cum plena et omnimoda Nostra et „ ejusdem Regni Nostri Hungariae facultate— „ — deputassemus" — nefas est ad communem consensum Ordinum trahere, cum ex eorundem Praelatorum Procerumque, quibus ea pacta approbare placuit, litteris appareat, Regem, qui Palotae aeger decumbebat, non aliorum *voluntate et consilio*, *quam tunc apud Suam Majestatem agentium* Oratores Suos deputasse. Minus inferre licebit potestatem legatis concessam illimitatam, vel ad committentium subsequam approbationem non fuisse restrictam. Quorsum etenim tanta illis ipsis foederibus prodita de Regnicolarum consensu sollicitudo? Quorsum decretus ad hunc obtinendum duplex plane conven-

tus?

tus? Quorsum minutim conceptae insertaeque consensus edendi formulae? si universi Regnicolae praevium assensum legitime atque sine restrictione antea praebuissent.

LIV.

Ita res se habuit: conditiones numerosissimae omnino, at quotquot occurrunt, omnes praecise in favorem Maximiliani, ne unica quidem excepta directae, auctoritatem Comitiorum nunquam obtinuerunt; quantosque ut coram Conventu ad 2-am Februarii anni insequentis habito legi coeperant, motus populi, iis non pacem, verum servitutem contineri palam objicientis, excitaverint, Bonfinius *a*) et Istvánfy *b*) pluribus enarrant. Quapropter ne animi magis irritentur, nihil postea, quam genericam concordiae certis sub conditionibus initae mentionem in acta publica relatam fuisse comperimus. *c*) Hoc tamen non ob-

---

a) Decad. V. libr. 2. Edit. Poson. de 1744. pag. 549. — *b*) Hist. libr. 2. pag. 12. et 13. Edit. Trattnerian. de anno 1758. — *c*) Wlad. II. Decret. I. in Praef. — Conf. *Pray* Hist. Reg. Hung. Part. 2. pag. 510. —

obstante eo plane deventum est, ut septennio tardius Oratores exterorum Principum ab electoralium Regni Conventuum aditu lege publica prohiberentur; *a*) post alterum vero septennium in Comitiis Rákossiensibus congregati solenne Instrumentum conderent, de exterae gentis et sanguinis Principe, *si Wladislaus sine masculo haerede decederet*, haud unquam deligendo. Infelix istud animorum affectibus in praeceps propriamque ruinam actorum consilium, charam mihi patriam tot infaustis bellis, tam miserandis calamitatibus per saecula involvit, — quod, licet e Diaeta prodierit, auctoritate Regia ad Campos Rákosienses anno 1505. evocata, cujus nonnulla sancita Wladislaum probasse art. 1. anni 1507. *b*) luculenter ostendit; — licet etiam, sin' communi, majori certe Ordinum voluntate, nec ignorante, nec reprobante Rege *c*), ea qua comparet forma *d*) vulgaretur; essentiali attamen legis requisito laborat, ace-

---

a) Wladisl. II. Decret. III. de anno 1498. art. 45. — *b*) Vide Ejusdem Decret. VI. — *c*) *Istvánfy* Histor. Libr. 4. pag. 33. — *d*) Apud *Batthyány* Leg. Eccles. Tom. 1. pag. 562. et seqq. — et *Katona* Hist. Crit. Tom. 18. pag. 424. —

ceptatione utpote confirmationeque summi Terrae Principis destitutum.

LV.

Maximilianus, qui interea nepoti Suo Ferdinando Annam Wladislai filiam, aut illa decedente forte nascituram (nam consors Regis nterum gerebat) si denique filium pareret, huic Ferdinandi sororem desponderat *a*), posteaquam Sibi successionem in Regno utcunque praecludi intellexit, non tantum illatam injuriam per litteras aegerrime questus est *b*), verum collecto exercitu limites quoque Hungariae invasit, fuissetque procul dubio sanquinolentum bellum exortum, nisi Wladislaus, cui nec animus, nec pecuniae ad illud gerendum suppetebant, Legatos Viennam Suo Regnique nomine ineundae pacis causa dimisisset, quam nativitas filii sub ipso Tractatus tempore secuta haud parum acceleravit. Ipsum pacificationis Instrumentum ad

---

a) *Pray* Hist. Reg. Hung. Part. 2. pag. 543. — *b*) Vide Litteras Maximiliani ad Wladislaum apud *Kovachich* in Vestig. Comit. pag. 451. —

ad Appendicem Nro. XV. subnectitur. Ejus conditiones erant: ut revocato utrinque exercitu, et dimissis captivis bona quibusvis prioribus Dominis reddantur; dehinc vero Rex Romanorum, Wladislaus, et Status Hungariae universi, horumque omnium haeredes ad se invicem perfectam amicitiam, ac bonum vicinitatis studium colant; liberum denique salvis teloniis vigeat commercium. Adjecit his Maximilianus Suo praecise nomine cautelam, ne per praesentem concordiam juri haereditario, vel cuivis alteri Sibi Suisque haeredibus in Hungariam competenti derogetur: „Reservamus tamen (inquit) Nos Rex „ Maximilianus Nobis et haeredibus Nostris „ expresse omnia et singula haereditaria et „ alia quaecunque Jura, quae ad Regnum Hun„ gariae et pertinentia hucusque habuimus et „ in praesentiarum habemus. Quibus hanc „ Concordiam seu Capitulationem nullatenus „ volumus derogare.“ — Vicissim Legati Hungari sequenti tenore suam praemissis addunt ratihabitionem: *Supranominatum Tractatum et Concordiam, articulosque illos, quos de communi ac pari voluntate atque consensu in personas am-*

ba-

barum partium conjunctim confecimus, neutri partium praejudicantes firmiter sub bona fide observare promittimus.

E qua quidem reservatione non obscure colligitur, nec ipsos Legatos jus in Hungariam, quod ex anterioribus pactis Caesar allegabat, atque interposita protestatione sustentare adnitebatur, recognovisse, ratumque habuisse.

LVI.

Falluntur insuper qui Litteris ad calcem Nro. XVI. exscriptis, Oratores Regni nomine ad conficiendam pacem illa cum plenitudine potestatis instructos videre sibi videntur, ut quidquid conclusissent, nulla committentium ratihabitione amplius indigeret. Maturiori enim librent judicio velim, quo scopo, quo item significatu Regni Ordines eam restrictionis formulam suis addiderint Credentionalibus: *Juxta nostram informationem;* quo itidem illa accipienda sint: *Litteris et privilegiis nostris ea omnia roborabimus.* Certe pro indole similium inter belli-

ge-

gerantes emergentium Tractatuum non alio, quam quod nuncii plena vestiantur activitate concordiam juxta acceptam instructionem ineundi; illam denique, si scilicet huic conformis fuerit, committentes confirmare teneantur, quum secus Oratores, Ambasiadores, Procuratores, Deputati (uti Documentum habet) non ista compellatione insigniendi, verum arbitri ac judices pacis censendi nominandique forent. Cui igitur fundamento innitetur consensus, quem ad praetensum jus Maximiliani haereditarium nec Legati sua ex parte extenderunt; nec Regnicolae ullibi declararunt; facta vero posteriora manifeste refellunt?

LVII.

Post restaurata tot vicibus atque denuo abrupta inter Austriae et Hungariae Principes foedera, firmiora tandem longeque suavissima accesserunt, nuptialia scilicet duplicis ordinis, quae anno 1515. agente Caesaris loco Matthaeo Cardinali Gurcensi, prolium causa per parentes Maximilianum et Wladislaum, cum interventu Sigismundi fratris Po-

lo-

loniae Regis, primo Posonii 20. May transacta, Viennae deinde 22. Julii firmata, celebratis denique nuptiarum solenniis in effectum deducta sunt. Secundum illa Wladislaus Ludovico filio Mariam Philippi Austriaci filiam neptemque Caesaris; Iste nepotum Suorum alterutri Carolo quippe vel Ferdinando Annam Hungariae Regis natam despondit; hoc postremum ea conditione, ut si uterque sponsam recusaret, Maximilianus ipse maritus foret. Connubialia Pacta cum eo spectantibus Documentis apud Kollarium *a*) per extensum inveniuntur. Nihil tamen in his omnibus, aut aliis quibusvis monumentis publicis, vel ejus temporis Historia de Regno, si Ludovici stirps interiret, ad futurum Annae maritum liberosque eorum devolvendo legitur; quantumvis id in eo Regum conventu constitutum fuisse Istvánfius saeculo tardius non majori fide scribat *b*), atque illa nitantur, quae de indecora in obversum intercessione, per Emericum Perénium Palatinum Posonii suscepta subjicit *c*), Katona autem,

qui

---

a) Auctarium ad *Ursinum Velium* a Nro. 18. usque 23. — *b*) Hist. Libr. 6. pag. 49. — *c*) Ibidem pag. 50. —

qui in hanc rem conferri omnino meretur, e lacunis hausta fuisse gravibus rationum momentis arbitratur *a*).

LVIII.

Sempiternam hanc Unionem, e gemino matrimonio dimanantem, ingenti provinciarum utriusque imperantis commodo evenisse in propatulo est, Hungaris vel ex eo memorabilem longeque gratissimae recordationis, quod inde potissimum Augusta Stirps Austriaca nobis tandem regnans evaserit; postquam scilicet Ludovicus II., — quem bimulum praecedente ad id Comitiorum in Campis Rákossiensibus habitorum consensu, Albae Regiae fuisse coronatum, hujusque ab obitu decennio regnasse constat (*), — post amissam ad Mohátsium pugnam, annos 20. natus, nulla sobole relicta, miserandum in modum interiit.

(*) Utrumque colligimus e Wladislai Litteris, quarum aliae ad montanas Civitates dimissae Coronationis hujus in Diaeta seu Congregatione generali Regni-

a) Hist. Crit. Tom. 18. pag. 928. —

Regnicolarum in campo Rákos celebratae expressis verbis meminerunt *a*); aliae fidem faciunt, Regem Statibus et Ordinibus in Comitiis proposuisse, eosdemque interpellasse, ut filius Suus Se regnante in Regem Hungariae coronaretur; istos vero hujusmodi desiderio omnino acquievisse erga sponsionem de observandis Regni libertatibus, ac in specie, ne Idem Regi Romanorum, vel cujuscunque exteri Principis tutelae aliquando subsit, sed in Regno relinquatur. *b*)

LIX.

Funestissimae ad Mohátsium cladi discordia civium malorum cumulum adjecit; pars enim Ferdinandum Regem optabat, — altera Joannem de Zápolya Vajvodam Transylvanum Comitemque Scepusiensem. Hic, ut rem velut ad praesens institutum proprius attinentem succincte recenseam, ubi Solimanum Turcarum Imperatorem Hungaria excessisse comperit, Ipse etiam retractis Szegedino, quibus imperabat copiis, Tokaynum Sui juris oppidum petiit; cumque sub idem plane tempus frequens nobilitas metu barbaro-

rum

---

a) Confer *Katona* Epitom. Chronol. Part. 2. pag. 606. — *b*) Diploma integrum ex Archivo Regni Croatiae dedit *Kovachich* in Vestig. Comit. pag. 455. —

rum ad montana confugisset, ab hac praevie ad se evocata *a*), Joannes eodem loco Rex Hungariae utcunque designatus, simulque Comitia generalia pro festo B. Emerici Albam Regalem praestituta fuerunt *b*). Nec mora; e tumultuario conciliabulo Budam; mox inde Albam Regiam profectum, ibidemque Sacra faciente Stephano Podmanitzky Episcopo Nitriensi, coronatio die 11. Novembris anno 1526. locum obtinuit; *c*) multis etiam eorum, qui Ferdinando favebant, praesentibus, Cujus in superiori Germania peregre absentis intentiones prorsus ignorabantur.

LX.

Ex adverso Regina Ludovici vidua, quae ab intellecta clade trepide se Posonium contule-

a) Vide Litteras Jo. de Zápolya ad Eperiesienses apud *Wagner* Diplom. Sáros. pag. 251. — *b*) Litterae Polonorum ad Hungaros, editae a *Dogiel* Cod. Dipl. Polon. Tom. 1. Part. 1. pag. 124. Conf. *Kovachich* Suppl. ad Vestig. Comit. Tom. 3. pag. 75. et seqq. — *c*) Vide Litteras Ferdinandi apud *Car. Wagner* in Analect. Scepus. Part. 4. pag. 37. —

tulerat, de asserenda Ferdinando fratri Corona Hungariae sollicitabatur, et paucarum post septimanarum intervallum, ut tantisper animos ab aegritudine collegit, Comitia Regalibus Litteris, queis suas Palatinus Stephanus de Báthor adjunxerat *a*), quaquaversum dimissis, ad mensem Novembrem praestituit. Utrobique nihilominus mentio electionis in Diaeta tractandae studiose dissimulabatur; non enim Reginam latebat, et Palatinus inprimis recenti in memoria tenere debuit, quae ante annos viginti unum de non assumendo in Regem extero tanta cum effervescentia, tamque frequenti Ordinum consensione fuissent pronunciata. Intelligebant praeterea, quam exili successus spe ad jus Ferdinandi vel Annae conjugis provocaretur, partim quia pacta de successione inita per Regnicolas pro validis non agnoscebantur; partim cum haec, nulla prorsus ne remota successione filiabus Regiis attributa, easdem ad solam dotem restrinxissent; partim etiam, quod vel iis ipsis pactis liberum Hungaris ser-

---

a) Apud *Kaprinay* Hist. Diplom. Part. 1. pag. 275. — Ex autograph. in Tabulario Civit. Cassov. asserv. —

servaretur e nepotibus Maximiliani, quem vellent, praeeligendi (§. 47. et 51.), quorum si quid violaretur, non ex vano subverendum erat, ut non aemuli haud incognitae molitiones ampliora adhuc capiant incrementa. Locus Conventui Comaromium, tamquam ab hostibus securior primum designatus; hoc postea per Zápolyam occupato, Posonium substitutum fuit; quorsum ad praefixum diem confluentibus Regnicolis, et quidem teste Videmano *a*), ac Istvánfio *b*), longe majori numero, quam per adjuncta temporis sperari quivisset „Ferdinandus (verbis Istvánfii „ utor) Rex Pannoniae in Germania absens, „ quod felix faustumque foret, ipsius primum „ Palatini suffragio, ac demum votis et accla„ matione omnium Ordinum, magna publi„ cae laetitiae significatione, mirificoque „ omnium applausu et tormentorum fragore „ declaratus est, cum ea antiqui juris regula, „ ejusque interpretatione, ut quum Comitia „ a Palatino, cujus officii praerogativae id „ ante omnes alios incumbat, indicenda fuis„ sent;

a) Apud *Pray* Annal. Part. 5. pag. 152.— *b*) Hist. Libr. 9. pag. 86. —

„ sent; id tamen totum in eligendo Joanne „ neglectum esset; ideo eum vitio creatum, „ ejusque acta omnia irrita esse, omnesque „ et singulos, qui intra quadragesimum diem, „ desertis ejus partibus ad officium redirent, „ ab illius obsequiis absolvendos.“

LXI.

Ferdinandus de Sui electione certior redditus, eodemque mense Viennam redux, solenni Diplomate *a*) omnes Sibi adhaerentes in Suam tutelam recepit, et ab hoc praecise tempore non solum regio insigni, cum antea testante mox citato Instrumento, archiducali signaret, verum etiam Regis Hungariae cognomento uti coepit. Testes hujus Asserti habemus locupletissimos, imprimis Mariam Reginam, quae fratrem, cujus titulos nescire non poterat, ante Comitia Posonii habita, in Epistola ad Christophorum de Frangepanis *b*), Archiducem Austriae tantummodo; deinde ubi a Bohemis 24. Octobris Rex ele-

ctus

a) *Pray* Annales P. 5. pag. 129. — *b*) *Pray* Epistolae Procerum Regni Hung. P. 1. pag. 279. —

ctus est, Regem quidem Bohemiae, idque compluribus Litteris *a)*, non item Hungariae appellavit. Idem ab Oratoribus Ferdinandi Posonium missis factum videmus *b*). Ferdinandus ipse, esto pactorum atque uxorii juris saepius meminisset (*): interregnum tamen post obitum Ludovici exstitisse fassus est *c*), per quod praefixa Posonium a Palatino *Diaeta*, *cujus indictio et convocatio tempore interregni nemini praeterquam Comiti Palatino praedicto spectare dignoscitur* d), *se sano desuper consilio maturaque deliberatione praehabita — — pure libere et spontanee in verum et legitimum Hungariae Regem assumptum, electum, et publicatum esse*, litteris 29. Junii anno 1527. scriptis *e)* recognovit, ac per universum Regnum promulgavit. Ab eadem *electio-*

---

a) Ibidem pag. 278. et 282. ac aliis. Item *Kovachich* Supplem. ad Vestig. Comit. Tom. 3. pag. 85. et seqq. — *b*) *Kovachich* op. cit. pag. 93. et *Pray* op. pariter cit. pag. 291. Epist. ad *Wolfgangum de Bozyn*. — *c*) Apud *Ursinum Velium* de Bello Pannonico Libr. 2. pag. 29. — *d*) Decret. an. 1485. de Officio Palat. art. 1. et 3. — *e*) *Pray* Litterae Procerum Hungariae Part. 1. pag. 298. — 300.

ctionis epocha, quae sequenti anno in frequentioribus Comitiis Budae confirmata, publicis legibus *a*) expresse memoratur, regiminis hungarici annos constanter numerabat, et cum illam Bohemica bimestri circiter spatio antecesserit, intervalli ejus rationem in designando emanationis tempore fidelissimam habere solebat. Ita Litteras Illius die 3. mensis Decembris anno 1531. *Regnorum Hungariae* 5-o *Bohemiae vero* 6-o *b*) alias die lunae post festum S. Nicolai anno 1549. *Regnorum Ungariae* 23. *et Bohemiae* 24. *c*); rursus alias *d*) die Lunae post festum Luciae anno 1560. *Regnorum Hungariae* 34. *et Bohemiae* 35. datas legi.

Ceterum ut his, quae jam dicta sunt, plenior lux affundatur, unaque gravissimum robur accedat, juvat de die ipsa, qua Ferdinandus in Comitiis Posoniensibus Rex electus est, dissertum Mariae Reginae testimonium afferre. Exstat nimirum in Archivo Kör-

---

a) Ferd. I. Decret. 1. de anno 1527. art. 2. — *b*) *Pray* Op. cit. Part. 2. pag. 10. — *c*) *Dobner* Monum. Hist. Bohem. Tom. 1. pag. 297. — *d*) Ibidem Tom. 6. pag. 197. —

Körmendiensi Principis Batthyányii authenticum litterarum exemplar, in quibus Maria Francisco de Batthyány, Dal. Croat. et Sclav. Bano, cujus adventum antea saepius urserat, inter alia ita scripsit: *Statum autem negotiorum Ipsius Serenis. Domini Regis, Fratris nostri, hunc esse intelligatis: quod posteaquam adventum vestrum tam diuturnum expectare non potuimus, die Dominico, proxime praeterito, Ipse Serenis. Frater noster communi eorum omnium, qui huic Conventui intererant, voto electus est, et declaratus in Regem Hungariae; differri enim ulterius hoc negotium non potuit - - - - - - Datum Posonii Feria quarta proxima ante festum B. Thomae Apostoli A. D.* 1526. Ex quibus temporis notis liquet, Litteras Reginae A. 1526. die 19. Decem. datas, ac Ferdinandum eodem anno die 16. Dec. in quam Dominica III. Adventus inciderat, Posonii Regem Hungariae electum fuisse. *a*)

(*) Complura provocationis similis ad jus uxorium et pacta supersunt exempla; in specie litteris encyclicis, quas brevi post Suam electionem, die quip-

a) Vid. *Kovachich* Tom. 1. Auctar. ad Vestig. Comitiorum.

quippe 19. Januarii anni 1527. idiomate germanico Ferdinandus per Regnum divulgari fecerat *a*) „Wir „ haben es dafür geachtet, das wir güttig vnd loblich „ daran thun würden, ßo wir zum teyl zu erhaltungn „ vnser gerechtigkeit, welches uns als dem eydem des „ durchleuchtigen Herrn Wladislai, ethwan zw Hun- „ gern Konigk etc. Vnd in Crafft der Vortrege, ßo „ zwischen dem durchlauchtigen Fürsten Herrn Fridri- „ chen Vnsern vbern anhern, Maximiliano Vnsern „ Anherrn, Römischen Kaisern, Matthiam, und ge- „ melten Wladißlann Vnsern schweher Hungerischn Kö- „ nige, seliger und milder Gedechtnuß Auffgericht, „ zustendig." — Porro in aliis post solutum absque successu Congressum Olomucensem ad Status et Ordines Regni Hungariae *b*): „Sicut etiam ex litteris „ Nostris patentibus, quas ad vos dedimus abunde „ intellexistis, tam Nos, quam Serenissima Domina „ Anna Regina Hungariae et Bohem. etc. Consors „ Nostra dilectissima, vigore plurium Contractuum „ jam pridem per Serenissimos Principes Dominos „ Fridericum et Maximilianum Romanorum Impera- „ tores, Dominos ac Proavum et Avum Nostros cha- „ rissimos felicis memoriae erectorum, in quos Prae- „ de-

---

a) Existunt in Diplom. et Script. Histor. Germaniae medii aevi opera *Christ. Schoetgenii* et *Mart. Georgii Kreysigii* Altenburgi 1755. edit. Tom. II. pag. 1. — et inde apud *Kovachich* Supplem. ad Vestig. Comitiorum Tom. 3. pag. 97. et seqq. — *b*) *Pray* Epist. Procerum Regni Hungariae Tom. 1. pag. 297. —

„ decessores vestri consenserunt, eosque suis par- „ tim sigillis corroborarunt, tum jure successionis „ et geniturae veri naturales et legitimi Regni Hun- „ gariae haeredes simus. Et licet post casum tam „ lamentabilem vigore praenominatorum Contra- „ ctuum, juriumque haereditariorum, tam Nobis, „ quam Serenissimae Dominae Consortis Nostrae „ praefatae versus Regnum Hungariae vario multi- „ plicique nomine competentium possessionem, ad- „ ministrationemque regni praedicti adipisci cogi- „ tantes, cet.“ Demum Pragae die 27. Martii anni supradesignati ad Regnicolas scriptis *a*): „Idcirco „ vos omnes - - hortamur et benigno affectu mone- „ mus, ut cognitis juribus, quae Nobis et Serenissi- „ mae Conjugi Nostrae in isto Regno Nostro compe- „ tunt.“ — Frustra fuere haec omnia, atque adeo invidiose prolata, ut Hungarorum animi graviter ea re offenderentur *b*). Nec deest responsum *c*), ad hanc jurium declarationem a Regnicolis simul Budae coadunatis, iis scilicet, qui Zápolyam sequebantur, datum, quo praetensa ad Regnum a pactis et conjugio jura aperte controvertuntur.

LXII.

---

a) Ex autographo Civitatis Bartphensis apud *Kovachich* op. cit. pag. 105. — *b*) *Wolfg. de Bethlen* Hist. Edit. princ. pag. 24. — *c*) Pariter ex autographo Civitatis Bartph. apud *Kovachich* op. cit. pag. 115. —

LXII.

His rerum conversionibus Regnum bifariam scissum ultimam in desolationem praeceps ruiturum boni omnes perhorrescebant, nec ii tantum, quibus Patriae salus cordi erat, sed vicinorum quoque Populorum Principes pacem Hungariae, quibuscumque tandem sacrificiis, restitutam avebant, probe conscii, ubi amplum illud propugnaculum, ac pectus christianae Europae per intestinas discordias penitus prostratum furori barbarorum victima ceciderit, multas inde florentissimas provincias facile fore evertendas. Gravius ceteros inter magnitudo vicinissimi discriminis Sigismundum Poloniae Regem perculit, qui tum propterea, tum ob sanguinis et veteranae amicitiae vincula aemulis ad concordiam ineundam Se arbitrum offerebat. Convenerunt etiam Olomucium utriusque partis Mandatarii aliquot adhuc mensibus ante Ferdinandi coronationem, causam Hujus Beato Videmanno Legum Doctore, Zápolyae Statilio Budensi antea Praeposito, ac nominato Transylvaniae Antistite, ast irrito cum successu perorantibus.

La-

Lakitsius multam adhibet diligentiam ad argumenta Statilii infringenda; vereor tamen, ne dum sibi Statilium refellendum sumpsit, non hunc sed Prayum ex persona ejus contra Videmannum in Annalibus suis disserentem *a*) impugnet. Unde enim Prayus norat, quid Statilius in Congressu Olomucensi anno 1527. in medium attulerit? — Certe, quem nunc nominavi Videmannus, alioquin in propria causa testis, summarie tantummodo recenset *b*) objectiones Statilii suismet argumentis oppositas, sibique, quod ipse fatetur, a Mediatoribus Polonicis relatas. Apud Velium tota Congressus historia desideratur; Wolfgangus de Bethlen *c*) non plus prodidit, quam Oratoribus Ferdinandi, qui abdicationem Joannis certis sub oblationibus urgebant, oppositam fuisse per istius posterioris legatos constitutionem de non transferendo in alienigenam Regno, a quo si discederetur fore, ut relictum a Majoribus liberum jus creandi sibi Regem per hoc amitteretur. Quis praete-

a) Part. 5. pag. 144. et seqq. — *b*) Vide *Pray* Annales loco citato ad s.) porro pag. 143. — *c*) Historia Rerum Transylvanicarum Libr. 1. pag. 30. et seqq. Edit. princ. —

terea credat Statilium tam invita disceptasse Minerva, ut non deesse gravissimos Historiae Scriptores, qui Fridericum juri suo post bellum cum Matthia renunciasse asserant, — ut Palatinum Perénium per plateas vectum Viennensibus pactis contradixisse, — ut Joannem ab Archiepiscopo Strigoniensi corona redimitum fuisse — diceret? Quorum primum, Historia Dlugossi nondum vulgata, apud unum Miechovium legi tunc potuit, recentiorique in memoria esse debuit, quam ut probas a Chronographis mutuare oportuisset; alterum ante Istvánfium hac in re suspectum nemo memoravit (§. 57.); tertium aperte falsum est, cum Joannem a Nitriensi Episcopo inauguratum esse luculenter pateat (§. 59.). Unum erat instar omnium, quod Statilio jure merito opponi valebat, haud ullis argumentis refellendum, Regem videlicet nonnisi legitimis in Comitiis eligi, Comitia legitima interregni tempore, et deficiente Regis semine non ab alio, sed a Regni Palatino praestitui convocarique debere. Caruit igitur essentiali requisito Zápolyae electio (§. 59.) non item Ferdinandi (§. 60.) ad quam si Statuum et Ordinum aliqui, quotcunque numero, cetero-

roquin more Majorum sat tempestive evocati non comparuerunt, libertatem reliquorum legali modo congregatorum per hanc suam sive renitentiam, seu tergiversationem impedire non poterant, quo minus libero electionis jure uterentur, ac praesentes pro absentibus concluderent. Quod equidem adeo evictum existimo, ut secus tot Regni Comitia, quot conciliabula, tot legitimas electiones, quot factiones admittere oporteret, et character, qui genuinos conventus electorales a spuriis secerneret, absolute nullus superesset.

LXIII.

Summam imperii Ferdinando a populo traditam in Illius quoque haeredes fuisse extensam, dubium quidem nullum supermanet, claris enimvero legum tenoribus declaratum habetur, quod *se se Status et Ordines Regni non solum Majestati Suae, sed etiam Suorum haeredum imperio et potestati in omne tempus subdiderint* a). Sed non minus certum exploratumque tenemus, ista adhuc aetate,

a) Anni 1547. art. 5. —

te, quum sceptra Hungariae Augustae Domui Austriacae sempiternum illata sunt, nihil prorsus de jure primogeniturae, nihil utique de feminei sexus successione sancitum, quin neutrum deinceps usque divos Caesares Leopoldum et Carolum, seu a Regibus nostris palam propugnatum, seu a Regnicolis unquam agnitum exstitisse. Probant id praeter altum de hujus generis constitutione in legibus, et quibusvis tam publicis quam privatis Diplomatibus, coaevorum item Scriptorum monumentis observatum silentium, positive et ad evidentiam tum geminae foederis Tabulae auctore ipso Ferdinando solennes; tum gravissima Palatini Sententia; ad haec Maximiliani in successorem assumptio; denique leges luculentissimae toties iteratae, quoties usque Josephi I. tempora mutatio in persona Imperantis evenerat. De quibus omnibus quam brevissime dicam.

LXIV.

Eandemque ob rationem profero Ferdinandum inter et Joannem post duodecim annorum bellica dissidia Pacis anno 1538.

com-

compositae articulos 7um et 40um *a*) quoniam uterque ad propositionem, de qua agitur illustrandam, pertinet: „Item (verba sunt articuli 7.) Quantum ad Regnum Hungariae et „ ejus administrationem attinet, ita ordina- „ tum et conclusum est, ut tam Rex Ipse Ro- „ manorum, quam Serenissimus Rex Joan- „ nes, eam partem Regni et Provinciarum „ ei subjectarum, quam nunc defacto tenet, „ libere, cum omni Regiae potestatis pleni- „ tudine teneat, et possideat: sub limitibus, „ per octo homines Hungaricae nationis, qui „ situm ac terminos, et conditiones Comita- „ tuum sciant, ab utraque Majestate deputa- „ tos, ponendis: Sclavonia autem cum Croa- „ tia et Dalmatia in manibus Serenissimi Ro- „ manorum Regis, Transylvania vero sub „ ditione potestateque Serenissimi Joannis „ Regis permanente, et hoc vita ejus duran- „ te. Ex quo autem nunc Serenissim. Do- „ minus Joannes Rex uxore et liberis careat, „ posteaquam Dei vocatione ex hac luce di- „ scesserit, etiamsi filium tunc haberet, ob

„ re-

a) Pacis hujus Tabulas primus edidit *Wolfg. de Bethlen* Histor. ad annum 1538. Edit. princ. pag. 81. usque 91. —

„ respectum tamen salutis hujus Regni et Rei-
„ publicae Christianae, quae ex hac pace et
„ confoederatione, auxiliante Domino Deo,
„ certo sperat tot malis, quae hoc Regnum
„ annis superioribus undecim et amplius per-
„ pessum est, finem jam tandem impositum
„ iri, declarans Sua Majestas Regia, se de-
„ cus suum et familiae posterorumque suo-
„ rum postponere saluti publicae, ad hoc
„ condescendit, ut post mortem suam etiam-
„ si ut supra dictum est filium haberet, uni-
„ versum Hungariae Regnum cum omnibus
„ Regnis, Provinciis et partibus ei subjectis,
„ et cum omni plenitudine juris Regii ad-
„ ministrationeque Regni et Provinciarum
„ ipsarum, in praefatum Dominum Roma-
„ norum Regem, vel Eo interim praemortuo,
„ in filium Ejus, quem Regnum hoc commu-
„ ni consensu in Regem eligere tenebitur,
„ et Illo defuncto, in Ejus legitimos haere-
„ des, ac successores ex filiis et haeredibus
„ Illorum legitime descendentes, et Iis qui-
„ dem e medio sublatis et deficientibus, in
„ Caesaream Majestatem et Ipsius legitimos
„ filios et haeredes devolvatur et condescen-
„ dat; devolutumque ac condescensum ha-

„ bea-

„ beatur ipso facto." — Articulus porro 40us. haec continet: „In tali vero casu, quo Caesaream Majestatem, ac ipsum Serenissimum Dominum Romanorum Regem in *semine masculino* deficere contingeret, extunc successio regni praenarrata revolvatur in *filios ac haeredes* ipsius Serenissimi Domini Joannis Regis, si qui Deo favente tunc superstites erunt; illis vero non existentibus libera Regum electio rursus ad Gentem Hungaricam juxta ejus pristinam legem et libertatem redeat." —

Similem stipulationem complectitur alterum pacificationis Instrumentum anni 1551. quo Ferdinandus Isabellae Joannis Viduae pollicetur *a*): Quod in casum, quo SS. et Catholicam Caesaream Majestatem et Regiam (quod Deus avertat) *in semine masculino* deficere contingeret, eotum successio Regni Hungariae revolvatur in ipsum Illust. filium (Isabellae) et suos haeredes, si Deo favente superstiti-

a) Vide Tabulas integras in Auctario ad Epistolas Ferdinandi I. et Maximiliani II. ad suos Oratores, edit. per *Jacobum Ferdinandum Miller* sub A. pag. 349. —

stites erunt, illis vero non existentibus, *libera Regum electio apud Gentem Hungaricam maneat.* Cernimus Ferdinandum his Conventionum exemplis non sine tacita mutatione pristinae opinionis, qua conjugis olim jure ad Regnum nitebatur, acquievisse, quin filiabus Suis inde praejudicari suspicaretur.

LXV.

In ulteriorem thesis, quam demonstratum pergo, plenioremque comprobationem non vulgaris auctoritatis argumentum suppeditat professio Thomae de Nádasd Regni Hungariae Palatini eo Procerum conventu insigni cum candore prolata, quem anno 1561. Ferdinandus Successoris tempestive designandi causa Viennam evocaverat. Dabo eandem, ut ab Istvánfio *a*) memoriae tradita est: „ Posteaquam Caesar (ait ille) Maximilianum „ filium, quem Bohemi propediem diade- „ mate ornaturi, Germaniae Electores a Pa- „ rentis fatis Imperatorem electuri essent, ob „ florentem aetatem, conspicuas virtutes, et „ pu-

a) Op. cit. Libr. 20. pag. 250. —

„ publicae non minus, quam privatae unius-
„ cujusque incolumitatis gratia praesentibus
„ commendasset, hortando eos, ut quod ju-
„ re deberi videretur, ipsi suffragiis suis vo-
„ tisque firmarent, — Palatinus veniam lo-
„ quendi precatus se continere non posse re-
„ tulit, quin pauca, non contendendi gratia,
„ a quo longe abesse velit, sed pro officii
„ sui praerogativa tuendae communis liber-
„ tatis in medium adferat; et quidem se in-
„ ficias non ire, quin successio Regni liberos
„ ejus respiciat, quos tres omnibus naturae
„ dotibus ac rara virtute excellentes habuit:
„ neque id in dubium revocari posse, sic ta-
„ men, ut penes publica nobilitatis suffragia
„ liberae electionis jus et arbitrium sit, quem
„ ex tribus Principem sibi eligendum putet.
„ Proinde donec ipse Superis bene juvanti-
„ bus superstes sit, se et nobilitatem, cujus
„ animos haberet exploratos, alium ab ipso
„ Regem, quem jam 35. annis liberalitatis,
„ fortitudinis, lenitatis, clementiaeque nomi-
„ ne venerati sunt, ac fide et obsequio colue-
„ runt, nequaquam desiderare: quo, quod
„ Deus O. M. longissime differat, fatis con-
„ cedente, frequens Regni concilium delibe-

„ raturum, cuinam Regnum sit deferendum:
„ se haec, quae animo volutabat, et quae
„ suapte conscientia reticere non poterat,
„ pro libertate publica retulisse." — Non placuit Ferdinando Palatini declaratio, qui privatim jam anno 1554. certam cuique filio Suo haereditatem constituerat *a*), ideo cousultationem hanc abrupit, et a coeptis in praesens destitit.

Poteritne, amabo, qui rei totius, ut acta est, seriem tranquille secum ipso perpenderit, jus primogeniturae evictum, imo vel probabile fuisse cum veritate asseverare? An tunc Ferdinandus opus habuisset simili persuasione et commendatione uti? An Palatinum, Virum alias gravem et maturum, certam primogeniti Principis successionem eo loco ac tempore in controversiam revocaturum fuisse putabimus, si salva non mansisset Ordinibus libertas e filiis Regiis, quem vellent, deligendi? Quod primus Regni Magistratus mentis suorum civium et vetustae consuetudinis optime gnarus in eum plane sensum affirmare non dubitavit, ut olim dum no-

a) *Rousset* Supplement au Corps Diplom. Tom. 2. Part. 1. Nro. 54. pag. 135. et seqq.

nova in Carolo Roberto dynastia ad Regnum evocaretur, declaratum erat, placere eis Reges Hungariae *de vera regali progenie propagatos, quos ipsi unanimiter et concorditer de dicta progenie ducerent eligendos.*

LXVI.

Licet vero post Palatini responsum nihil in continenti ad perficiendam Maximiliani coronationem Pater egerit, quod eorum recordatione, quae Sua aetate contigerant, pervideret non sine fundamento Nádasdium esse locutum, nec facile Regnicolas a more Successorem e stirpe Regia liberis suffragiis deligendi recessuros; cum attamen vita Sibi durante primogenitum in solio hungarico collocatum vehementer optaret, transacto biennio ad diem 20-am Augusti anni 1563. Posonium Comitia vulgavit. In Litteris convocatoriis, quarum exemplar in Mantissa sub Nro. XVII. comparet, mentio quidem electionis utcunque de industria devitatur, proponit interim Caesar Se *D. Maximilianum Romanorum et Bohemiae Regem filium Suum primogenitum charissimum, pro singulari et paterno*

in

in Illius Serenitatem amore — omniumque fidelium suorum utilitate in legitimum post Se Hungariae Regem recipiendum, pronunciandum, declarandum, recognoscendum, et accedente omnium consensu, scitu et approbatione Ordinum et Statuum Regni juxta veterem morem et consuetudinem, in primogenitis Divorum quondam Hungariae Regum Praedecessorum Suorum observatum, debita solemnitate coronandum decrevisse. Substituit proinde, cum vocabulum electionis exprimere minime vellet, voces alias, quae simul sumptae satis evidenter electionem significant, quin plus quam satis indicio esse poterant, ad morem in primogenitis observatum eo sub intellectu provocari, quod Hungari alias etiam istos respicere, seu praeeligere soliti fuerint, maxime cum Ferdinandus, ubi de collata (per electionem utique) Maximiliano Regis Romanorum dignitate mentio recurrit, pariter non alio, quam verbo *declarare* uteretur. — Posteaquam vero ad ipsa Comitia ventum est, „ideo, ut coaevus testis Sambucus narrat *a*), „per totos quatuor dies

„ Fer-

---

a) Apud *Kovachich* in Coll. Scriptor. Minor. Tom. 1. pag. 43. —

„ Ferdinandus distulit coronationem Maxi-
„ miliani filii, quod Status et Ordines *ele-*
„ *ctum* Eum dixerunt non *datum* Regem,
„ tandem ne lis fieret, praeliumque, scri-
„ ptum pro *electus*: *nominatus* fuit Rex Hun-
„ gariae."

LXVII.

Rudolphum postea Maximiliani filium natu maximum in Comitiis Posoniensibus anno 1572. mense Februario *unanimi omnium Ordinum consensu in Regem Hungariae fuisse postulatum*, utriusque Diaetae hoc anno servatae articuli *a*) referunt. Postulatio isthaec naturam verae electionis, ad quam vivi adhuc alterius Regis consensu opus erat, omnino habuit. Indicat istud rubrica non quaedam recentior, sed vetus illa et authentica, articulo de inauguratione Rudolphi praefixa, quae postulatum antea, electumque 25. Septembris coronatum esse annunciat. Confirmant aequales ejus temporis Scriptores ma-

---

a) Maximiliani Decret. 4. art. 2. et Decret. 5. art. 1.

magnae uterque dignitatis Forgáchius scilicet et Istvánfius, quorum alter de Comitiis illis disserens *a*) Maximilianum ibidem *filium primogenitum Rudolphum eligendum in Regem curavisse;* alter *b*) in iisdem Comitiis Rudolpho *omnibus suffragiis Regnum ultro delatum*, significatione minime ambigua posteritati reliquerunt. Ast quantumvis deessent coaevi hi testes omni exceptione majores, subsecuta Matthiae, trium Ferdinandorum, Leopoldi denique electionis documenta, ipsis non minus legibus, quam Regum professione communita, tam exstantia sunt, ut ex iisdem non modo de sensu, quo Rudolphi postulatio accipienda sit, nullum relinquant dubium, verum eos omnes, quos nominavi Reges, accedente populi electione, atque consensu decessoribus successisse, fide, cui nihil opponi possit, apertissime attestentur. Ita Matthias II. cum aditu regiminis publica lege *c*) ac deinde in Litteris Regalibus anni

---

a) Rerum Hungaric. sui temporis Comment. Edit. Horányianae de anno 1788. pag. 690. — *b*) Historiar. Libr. 24. pag. 320. — *c*) Decret. 1. in exordio Diplomatis confirmat. ante Coronat. anno 1608. §. 3. —

anni 1609. *a*) Se Dominum et Regem unanimi consensu electum fuisse profitetur. Sic idem Rex Suum in regimine Successorem Ferdinandum II. post plures Regnicolarum tractatus juxta antiquam consuetudinem, et libertatem eorundem semper observatam, paribus votis, unanimique consensu in Dominum et Regem ipsorum rite electum dicit, *b*) quod neo electus Princeps praemissa Caesaris commendatione evenisse pariter recognoscit. *c*) Idem de Ferdinando III. *d*) et IV. *e*). Idem denique de Leopoldo I. *f*) in eundem ubivis sensum repetitur, ut adeo plura eatenus verba facere superfluum sit.

LXVIII.

---

a) *Kovachich* Supplem. ad Vestig. Comitior. Tom. 3. pag. 363. — *b*) Decret. 4. sub initium Diplom. confirm. anni 1618. §. 2. — *c*) In Diplom. inaug. anni ejusdem, subinde anno 1622. Ejusdem Ferdinandi II. Decret. 1. art. 2. inserto §. 2. — *d*) Ferdinandi II. Decret. 2. anni 1625. art. 3. et Diplom. inaugur. Ferdinandi III. Decr. 1. an. 1638. art. 1. insert. §. 1. — *e*) Ferdinandi III. Decret. 2. an. 1647. art. 2. et Diplom. inaug. Ferdinandi IV. a. e. in Supplem. ad Vestig. Comit. Tom. 3. pag. 406. — *f*) Ferdinandi III. Decr. 4. an. 1655. art. 2. et Dipl. inaug. Leopoldi a. e. in Illius Decreto 1. an. 1659. art. 1. —

LXVIII.

Ad epocham venio, unde publica Hungarorum felicitas sua sumpsit exordia, quam gloriosam nostro nomini, tam salutarem rebus nostris.

Quisquis Annales domesticos oculo paulum attentiori, et animo a partibus libero perlustraverit, nemo unus erit, qui cumulatissimam malorum seriem, quae Hungariam per saecula quassabant, a libera potissimum Principes legendi consuetudine profluxisse non pervideat, aut forte Antenatorum etiam suorum periculis, prostratione, calamitate, caedibus, non deprehendat comprobatum. Quotiescunque fere Regem e vivis decedere contigit, toties, idque a primordiis nascentis Civitatis, distracta Civium studia Rempublicam in perniciosissimum conjiciebant discrimen. Hinc frequentes illae exterorum Principum Coronam ambientium invasiones, feralem nonnunquam in vastationem desinentes; inde domesticorum ambitio clientum viribus tumida, diffidentia, discordiae, factiones, bella civilia, atque Turcarum per saecula dominatus. Nec sine propitio divinae Sapientiae con-

consilio factum credo, ut Regnicolae, patriae perpetuis incertisque fluctibus jactatae miserati, et Posterorum tranquillitati consulere optantes; adhaec debita pietate prosecuturi immortalia Leopoldi I. merita, Cujus irremissis curis Hungariae, sociarumque provinciarum pars maxima a jugo Ottomanico liberata fuit, anno 1687. legitimis in Comitiis electioni pristinae sponte renunciarent, Ejusdemque Leopoldi I. Descendentibus masculini sexus, in Horum defectu vero filiis, secuturisque Caroli II. Hispaniarum Regis Nepotibus primogenitis, haereditatem in perpetuum concederent, addita conditione, ut exstinctis sine virilis Stirpis altero Habsburgicae originis Principibus, pristina deligendi potestas, nulla habita feminarum ratione, ad Regni Ordines rediret. Ultra deinde Hungarorum in regnantem Familiam studia sub Carolo inter Romanos Caesares hujus nominis VI. processerunt, et quae prius masculis duntaxat Posteris haereditas addicta fuerat, illam in Horum defectu, anno 1723. ad Sexum quoque Augustae Domus femineum ea ratione extenderunt, ut Regnum primo quidem in Posteros Caroli; dein Josephi I., *demum Leopoldi I. Impera-*

ra-

ratorum et Regum Hungariae Descendentes, Eorundemque legitimos Romano-Catholicos Successores, utriusque sexus Austriae Archiduces, juxta stabilitum per Sacratissimam Caesaream et Regiam regnantem Majestatem in aliis quoque Suis Regnis et Provinciis haereditariis in et extra Germaniam sitis, Primogeniturae ordinem, jure et ordine praemisso, indivisibiliter ac inseparabiliter invicem et insimul, ac una cum Regno Hungariae et Partibus, Regnis, et Provinciis eidem adnexis, haereditarie possidendis, regendum et gubernandum transferrent, et jam nonnisi post plenum Sexus quoque feminei defectum avita electionis consuetudo resurgeret. Vicissim utrobique cautum fuit, ut quivis in regimine Successor Diplomatis inauguralis conditiones, jura item ac libertates manuteneret, atque occasione legitimae Coronationis, solenni Diplomate et juris jurandi sacramento confirmaret. *a*)

His igitur Constitutionum comitialium fundamentis jus succedendi ad Sexum femineum extensum, et ordo haereditariae Successionis utrius-

---

a) Decret. anni 1723. art. 2. —

utriusque sexus Archiducum Austriae ea ratione constabilitus fuit, ut quoadusque gloriosa haec Propago superfuerit, unus idemque Austriacis non minus, quam Hungaricis provinciis inseparabiliter sit imperaturus; nulla de hoc jure, ne remotissima quidem controversia, locum amplius habente.

LXIX.

Ex iis, quae jam per omnem Monarchiae Hungaricae aetatem progressus historico deduxi compendio, non tam colligere, quam oculis quodammodo cernere licet:

1. Hungaros regnanti semel stirpi adeo adhaesisse, ut ex ista non solum masculi Arpadianae originis, quamdiu superessent, se se indubitato haereditatis jure in Principatu exciperent, verum etiam his exstinctis sexus feminei praeferens ratio haberetur; quoties autem novam Dynastiam ad imperium evocare contigit, in eadem iterum, donec legitimus superesset haeres, successio accedente populi consensu, in posteris deflueret.

2. Vicissim haereditatem isthanc nullo, certe quod ad nostram patrumque recordatio-

nem

nem pervenisset, nullo primaevo pacto fuisse regulatam (§. 4.).

3. Nullam praeterea in Decretis comitialibus, quorum quidem textum hactenus cognitum habemus, ante annum 1687. exstare legem, primogenitis Regum filiis Coronam potiori jure addicentem, sed Majores nostros, ne quid praejudicii libertati electionis attulisse censerentur, tunc etiam, quando ad Principem alterius quidem originis, ast cum priori regnante sanguinis vel conjugii nexu colligatum transeundum erat, vel cum pactis suorum Regum de Corona initis assentiebantur, jus praeelectionis in eadem ad minimum Familia reservasse. Atque id ipsum est, quod Comitia etiam Rákossiensia anni 1308, de quibus semel iterumque memini (§. 22. 65.) per verba illa sat aperte expresserunt: *Et quod etiam perpetuis futuris temporibus veri Summi Pontifices et ipsa Romana Ecclesia haberent jus confirmandi et coronandi Reges Hungariae de vera regali progenie propagatos, quos ipsi unanimiter et concorditer ducerent eligendos.* Unde suapte sequitur inter personas ejusdem stirpis nullum successionis ordinem, qui alioquin cum jure liberae

ele-

electionis nullatenus conciliari potuisset, defixum, et denique

4. Regnicolas praeelectionis hujus exercitium ad Leopoldi I. tempora pari constantia ac haud interrupta consuetudine sustentare connisos fuisse.

LXX.

Neque istud Hungariae solum, sed universae Europae olim commune fuit; ubivis enim non tam pacto, quam innato reservatoque jure et facto ipso electionem, plerumque tamen ad eandem familiam reductam viguisse, Annales cujusque fere gentis perhibent. Juvat isthic adducere, quae apposite in rem praesentem Michaël Ignatius Schmidt eo loco verissime disseruit, ubi de Bohemorum renitentia contra Ferdinandum II., titulo juris haereditarii Bohemiam praetendentem, agit. Sententia ejusdem ex observantia omnium Europae Statuum enata haec est: *a)* „So „ viel hat indessen seine Richtigkeit, daß wenn „ man die ältere Verfassung nicht nur von „ Böh-

a) Neuere Geschichte der Deutschen Tom. 4. libr. 4. cap. 15. pag. 168. —

„ Böhmen, sondern fast allen Europäischen
„ Reichen betrachtet, man kein einziges Erb=
„ reich im strengen und heutigen Sinne an=
„ trifft. Von dem regierenden Hause ward
„ zwar nur äußerst selten abgegangen; da=
„ bey erhielten sich aber allemal Spuren der
„ Mitwirkung und Einwilligung der Stän=
„ de. Am wenigsten fanden die strengen Pri-
„ mogenitur Rechte statt, wovon die Böhmen
„ allerdings Beispiele hatten. Dagegen las=
„ sen sich aber keine Wahlreiche im engeren
„ Verstande denken, eben weil man sich im=
„ mer an das einmal regierende Haus hielt,
„ und wenn je dasselbe durch außerordentliche
„ Umstände ein oder das anderemahl übergan-
„ gen ward, die Nationen selbst meistens zu
„ denselben zurückkehrten." — Quod itaque a doctrina non minus, quam candore egregius iste antiquitatum historicarum interpres graphice adeo de veteri modo imperia consequendi tradebat, id de Hungaria prorsus, eoque magis tenendum est, quod prima illius tempora vel obvie repetenti sat superque reddatur perspicuum, istis equidem sive ob simplicitatem saeculi, seu ob nascentis populi ruditatem, de ordine modoque succe-

den-

dendi ad quosvis evenibiles casus (ut nonnulli volunt) minutatim defigendo, nec sermonem esse potuisse. Constet etiam in assumendis Regum Successoribus nationem hanc longe solenniori strictiorique cum reservatione jurium et libertatum Regni, quam forte uspiam alibi, processisse.

LXXI.

Probat id omnium apertissime solennis Regum Hungariae Coronatio, genti nostrae inde ab introducta Dignitate regia continuo observata, quin imo solennis adeo, ut ad summum imperium legitime habendum essentiale ac inevitabile requisitum foret (*), quae nullam prorsus haereditariae successionis, vicissim completam omnimoda sui parte electionis ideam repraesentat. Ut enim missa faciam, quae juxta morem ecclesiasticum in omnibus pene Catholicis Regnis occasione solennium inauguralium intervenire consueverunt, necessarius aliquando ad Coronationem Regis Hungariae Populi consensus ex illo praecipue ritu Hungaris proprio elucescit, quod paulo antea, quam diadema Regio im-

 po-

poneretur vertici, Regni Palatinus, vel ejusdem vices sustinens, ad superiores arae gradus ascendere, Coronamque manibus tenendo ter Populum alta voce ac lingua vernacula interrogare fuerit solitus: An electum, ut gravissimi Scriptoris verbis utar, quem proprio nomine appellat, Regem coronari velint? *a*) (Akarjátok é?) et nonnisi post subsecutam totidem distinctis vicibus lingua itidem vernacula responsum *volumus* (Akarjuk) Coronatio subsecuta sit. Clarum nec eotum recens natae consuetudinis hujusce vestigium jam se in Coronatione Caroli Parvi res domesticas memoria repetenti sistit *b*). Eandem inde a Ferdinando I. ad Josephum Leopoldi Caesaris filium semper usuvenisse deprehendimus *c*), primum sub Carolo VI. abindeque constanter neglectam; rectissime quidem, at manifesto una documento, ante regulatum suc-

a) *Petri de Réva* de Monarchia, et S. Corona Regni Hung. Cent. VII. apud *Schvandtner* Script. Rer. Hung. Tom. 2. pag. 812. — *b*) *Laurent. de Monacis* Carm. de Carolo Parvo pag. 333. et seqq. — *c*) Vide post multos alios *Kovachich* solennia inauguralia pag. 4. 20. 35. 56 73. 82. 90. 131.

successionis ordinem, delectum Regis et Coronationem a Populi pependisse arbitrio, non item deinceps, dum nobis summi terrae Principes non creantur amplius, sed nativitate certi obveniunt.

(*) Quidquid veteri huic constantique traditioni et juri, quod consuetudine per saecula decurrente enatum, ac scriptis postea, iisque fundamentalibus plane legibus communitum exstitit, nonnulli nostra primum aetate e generalibus Juris Publici principiis violenter detortis, vel ab analogia ex aliarum gentium institutis transversum ducta subtrudere sategerunt, refutationem non meretur, et tyronibus ad summum exercitii instar deservire potest. Nemo alioquin ignorat post adoptatam etiam stabilitamque Regum successionem, Coronationem more Majorum sempiternum observandam praescribi; *a*) quorundam etiam jurium majestaticorum exercitium legitime coronatis duntaxat Principibus reservatum haberi. *b*)

LXXII.

Ab hac delectus libertate, quam Hungaros a principio sibi reservasse tam clara et

 an-

a) Vide Decret. an. 1687. art. 2. §. 1. et an. 1723. art. 1. §. 4. — *b*) Decret. Leopold. II. de anno 1791. art. 3. et 12. — Item vide Part. I. Tit. 4. nec non Part. II. Tit. 3. et 14.

antiqua exempla docent, repetenda est vetus illa Principum nostrorum cura et providentia, ut filiis, quos post Se imperio potiri cupiebant, matura inauguratione, interdum etiam jure jurando a Nobilitate excepto successionem certam reddere studerent. Ita teste Notario *a*) jam Almus Arpado, Arpadus Zultae, Zulta Toxo filio prospexerunt; idem teste Hartvico Geisam factitasse legimus (§. 7.) nec aliter ad Leopoldum I. plerosque postea Reges egisse, quibus liberi masculi erant superstites, notissimum est. (*)

Atque his opinor exemplis inductus Franciscus Adamus Kollár *b*) in Successione Regum nostrorum primogeniturae semper habitam fuisse rationem affirmavit, idque vetustissima consuetudine et perpetuo apud nos usu declarari, ea tamen lege, ut is filiorum Patri succederet, qui judicio ac voluntate Ejus Regni haeres est declaratus. Postremum quomodo Vir doctus statuere potuerit, qui Hungariam pro Regno patrimoniali ipse utique haud agnove-

---

a) *Anonymus* op. cit. cap. 13. 52. et 57. — *b*) Historiae Jurisque Publ. Regni Ung. Amoenitat. Vol. 1. Sect. 3. cap. 2. §. 2. pag. 107.

verat, non assequor. Filiorum interim ultimo regnantis, praesertim quando fratres defuncti nulli supererant, praecipuam fere semper reflexionem habitam, et inter hos, quod ratio ipsa suadebat, majores natu minoribus vix unquam fuisse postpositos, controversiam non recipit; ita nihilominus, ut id nec citra consensum et adprobationem majoris saltem populi partis, unice proprio Parentum fieret arbitrio, quorum utrumque sic satis limpide per omnem historiam legentibus apparet, ut illum vel plena in luce caecutire, vel oculos sponte ne videat, claudere oporteat, qui irrefragabilia ejus moris documenta non veluti continua intueatur.

(*) Nominatim Petrus, Salomon, Bela II., Emericus, Ladislaus Infans, Bela IV., Stephanus V., Ludovicus II., deinde a Maximiliano ad Josephum I. cuncti volentibus Patribus vel agnatis Regibus in Successores destinati, et sin' omnes, plerique saltem eorum in vivis agente praedecessore, corona quoque redimiti fuerunt.

LXXIII.

In hunc igitur, cui apprime conciliantur sensum, sumendi veniunt articuli de auctoritate

tate Regni Hungariae Palatini in leges relati *a*), quorum prior eidem primam in electione vocem, *si quando regium semen deficere contingeret, et de electione novi Regis tractaretur*, ex officii dignitate attribuit; alter tutelam Haeredis regii, in tenera aetate positi, ea cum obligatione defert, hunc ut in Regnis et Dominiis paternis conservare et fideliter defendere teneatur. Constituta scilicet ista fuerunt non quasi in designando regio Successore nonnisi tunc interventu Populi opus esse videretur, quando Rex nullum reliquisset haeredem; verum quod obstante perpetua consuetudine et reverentia regio sanguini debita neque supponi potuerit, ut donec adfuerit haeres inde progenitus, is alienigenae originis Principi postponatur, aut si antecessor id facere neglexisset, filius ipse vel agnatus proximus Comitia pro Sui in Regem nominatione inaugurationeque non esset indicturus.

Egregie haec confirmant, quae ex Matthiae Corvini Litteris superius attulimus (§. 36)

Nisi

---

a) Vide Articulos Palatinales anno 1485. sub Matthia Corv. condit. in Corp. Juris Hung. art. 1. et 2.

Nisi in vita Nostra efficiamus, quod futurus Rex eligatur, post mortem Nobis integrum non erit, quia potestas eligendi ad incolas Regni devolvetur. Et cum in eadem Epistola Se vivo successorem eligi posse diserte innuat, Matthias per verba modo iterum adscripta non aliud utique indicare voluit, quam Regnicolas ab Ejusdem morte citra Suum influxum proprio praecise arbitrio delectum facturos, quem secus nonnisi accedente regnantis Principis cooperatione, commendatione, et auctoritate, certe nunquam eodem invito pronunciassent. Quo equidem significatu omnia illa veterum Scriptorum loca peraeque accipienda existimo, quibus Successor a Rege destinatus fuisse traditur.

LXXIV.

Obstantibus praemissis, et vel per indolem Nationis, de jure quopiam Feminarum ad thronum, antequam lex anni 1723. claram certamque defigeret normam, nullam quaestionem vel subesse potuisse, jam alias monui (§. 63.), tot solennibus translationis Instrumentis, tot publicorum Conventuum Tracta-

ctatibus per me ea de causa productis, id ipsum, quod monueram, aperte confirmantibus. Hanc equidem opinionem ipsa etiam gloriose regnans Familia Austriaca, si initia Regiminis Ferdinandi I., quibus Ille inter reliquos titulos ad Hungariam jus quoque uxorium allegabat, demamus, omni tempore agnoscebat, ac veluti sacrosanctis ejusdem juribus ex asse consentaneam palam profitebatur. Cujus irrefragabile testimonium art. 3. anni 1687. eo ipso momento conditus, quo haereditaria successio Augustae Domus primum regulata fuit, cumprimis suppeditat. Praerogativam enim regiae electionis, si quando virilis Habsburgica Progenies exstinqueretur, in haec verba salvam pronunciat: „Adeoque duntaxat eo in casu (quem divina Clementia benignissime arceat) quo tam altenominatae Suae Sacrae Caesareae et Regiae Majestatis, quam praefati Serenissimi Hispaniarum Regis masculinum semen deficeret, avita et vetus approbata consuetudo, praerogativaque praefatorum Statuum et Ordinum in Electione et Coronatione Regum suum locum habeat.“

Eadem

Eadem reservationis clausula post extensam ad sexum femineum haereditatem in omnibus deinde inauguralibus Diplomatibus a Josepho I. in praesentiarum usque elargitis *a*) continetur. In vulgus denique notum est, ab hoc, quem mox nominavi Rege, Hungariam prima omnium vice haereditarium Regnum compellari, (*) cum antea sub nomenclatione haereditariarum provinciarum praecise germanicae Austriacorum Principum ditiones intelligerentur.

(*) Huc quoque alludit Numus argenteus in memoriam Coronationis Josephi I. in Regem Hungariae, procusus, frontique hujus opusculi appositus, cujus jam dudum M. Christianus Schlegel meminit *b*); recentius Schönvisnerus *c*) non accuratam modo descriptionem, sed imaginem quoque ex originali desumptam vulgavit, unde nos pariter eundem sumsimus, aerique incidi curavimus. Numus iste, uti videri potest, in parte adversa inferne annum diemque peractae inaugurationis refert; superne Regni Hungariae scutum incumbit, circum vero inscri-

a) Vide Diplomata inauguralia ab eo tempore in leges relata. — *b*) In Opere cui titulus: Biblia in Nummis, das ist: Kurzer Entwurff der vornehmsten Biblischen Sprüche und Historien etc. Jena 1703. pag. 4. — *c*) Notitiae Hungaricae Rei Numariae pag. 419. Tab. 12. Nro. 306.

scriptio legitur; „Dir und deinem Samen nach dir." In parte aversa comparet imago Josephi I. cum inscriptione: „Joseph im Nahmen und Erbrecht der „ Erste."

LXXV.

In alia omnia, quam quae Regibus decernere, et Nationi per saecula profiteri atque sustentare visum fuit, abeunt illi, qui meritum et gloriam sponte translatae in Austriacos Principes successionis, dimisso penitus pristino electionis jure, lividis intuentur oculis, atque extenuare nituntur pietatem tantam, quam Hungarus optat omnis sempiterna memoria conservatam. Ignorabant, si illos audimus, jura sexus feminei: Sigismundus (§. 31.) Matthias Corvinus (§. 47.) Wladislaus (§. 51.) numerosaque Regnicolarum multitudo, quoties initis Conventionibus, et conditis solennibus translationis imperii Instrumentis, regnantium Regum filias vel penitus silentio praeterierunt, vel ad solam restrinxerunt dotem, nullum prorsus jus eisdem ad Coronam Hungariae asserendo. — Erravit Ferdinandus I. qui nulla filiarum Suarum habita ratione, Joannis Sigismundi posteris masculis re-

regimen addixit (§. 64.) Deflexit a jure, ab institutorum Regni observantia Leopoldus I. non modo per id, quod agnati sui Caroli II. Hispaniarum Regis filios ac nepotes, directe ab Anna Ferdinandi I. Consorte per rectam lineam feminei sexus descendentibus, imo propriis filiabus anteposuerit; verum etiam, cum deficiente semine masculino Archiducum Austriae Habsburgicae originis, ad muliebris sexus haereditarium jus respiciendum esse haud statuerit; quin imo istum in casum, avitam et veterem Reges eligendi potestatem palam agnoverit (§. 68.). Similis denique injuriae macula Se Carolus VI. Imperator Regnique Ordines contaminarunt; qua enim obsecro aequitate ad natas trium duntaxat Regum Earumque propaginem anno 1723. successionem restringere poterant (§. 68) si haec universae ab Arpado per femineas lineas oriundae Soboli, multis alioquin in Familiis superstiti, competebat?

LXXVI.

Classicum adversariis cecinit Illustris Lakitsius in Opere per nos saepe numero memo-

morato: „Jus haereditarium, inquit ille *a*), „ Arpadianae Familiae addictum ad sexum „ utrumque pertinuisse ajo. Successionem „ ipsam fuisse non *gradualem*, sed *linea-* „ *lem*, eamque nec *pure cognaticam*, nec „ *pure agnaticam*, sed *mixtam* ex utraque, „ salva semper *in utroque sexu aetatis prae-* „ *rogativa*. Hanc succedendi rationem evin- „ cit non modo successio Ducum Hungariae, „ se ordine in regimine excipientium, verum „ etiam sequentium saeculorum usus perpe- „ tuus.“ cet. — Secundum Lakitsium igitur successio haereditaria Principibus nostris 1-o non fuit *gradualis*, quae ex stirpe regnatrice gradu sanguinis ad ultimum possessorem proximo regimen attribuit; verum *linealis*, virtute cujus ex linea regnante in aliam Principatus tamdiu non digreditur, donec in priori aliquod successionis capax individuum superest. 2-o Nec *pure agnatica*, solis maribus cum perpetua feminarum exclusione competens; nec *pure cognatica*, juxta quam feminae in recta linea descendentes mares collateralis vel remotioris lineae antecedunt; sed

3-o

a) Pag. 39. §. 24.

3-o *mixta ex utraque*, in qua feminae earumque posteri, marium primo post defectum, solii capaces evadunt. Addit deinde, quod ex indole ac natura linealis ordinis suapte consequitur, salva semper in utroque sexu aetatis praerogativa.

LXXVII.

Cogor subjicere doctum alias Auctorem in definiendo hoc ordine sibi haud plene constitisse, quando successionem jam praecise *linealem et cognaticam* a), alibi iterum *linealem et cognaticam suo modo temperatam* b) nominat. Quodsi enim per temperaturam marium praecedentiam intelligebat, quemadmodum id se intellexisse ipse declarat c), tunc amplius ordo talis cognaticus dici nequit, verum proprio et technico termino mixtus, qui a cognatico substantialiter differt, compellandus erat. Nec sufficienter assequor, quid illa sibi clausula velit, ut inter plures jure pares aetatis ratio habita fuerit d): cum prouti plures lineas jure pares

dari

---

a) Op. cit. pag. 64. §. 42. — *b*) Pag. 71. §. 48. in conclus. cap. 4. — *c*) Ibidem pag. 72. — *d*) Op. cit. pag. 172. §. 186.

dari repugnat, ita etiam in qualibet lineali successione, seu ordo sit agnaticus, sive cognaticus, vel mixtus ex utroque, plures haeredes jure simpliciter pares existere ne vix quidem possint; ast vel primogeniturae, vel repraesentationis jus prioritatem decidit, vel electio inter plures locum sortiatur est necesse. Quia vero in comprobationem vacillantis, indeterminataeque thesis hujus Lakitsius, et qui cum illo in eandem sententiam abeunt, ad legem fundamentalem — ad fidem certam Diplomatum, — ad Nationis persaepe declaratam voluntatem, — ad Historiam denique et perpetuam Regni observantiam macte appellant; repetamus ad extremum tantisper singula haec gravissimi momenti criteria, ea tamen istud brevitatis cura, ne Opusculum in volumen exeat, neque fastidiosum evadat.

LXXVIII.

Legem fundamentalem, dum Hungari in societatem primum coaluerunt conditam, ad nos nullam pervenisse, in limine opellae (§. 3.) notavi; nec vidimus ante annum 1687. de or-

dine, quo Principes in specie sibi succedere debeant, lege publica uspiam aliquid sancitum exstitisse. Sunt igitur quas Lakitsius frequentissime legem fundamentalem post Prayum nominat *a*), primaevae illae quinque conditiones, sub quibus Anonymus Belae Regis Notarius Almo summam imperii traditam fuisse narravit *b*). Verum inter fidem historicam, et sanctimoniam legi debitam, ingens profecto subversatur discrimen. Leges quidem fundamentales, quae imperii civilis habendi ac exercendi modum determinant, jura imperantium et parentium definiunt, non cuicunque historicae verosimilitudini superstrui, sed haud obscuro, eoque sufficienti Principis atque Populi consensu niti, in tales denique solenni legislatoris auctoritate elevari debent. Narratio itaque anonymi testis singularis, trecentis annis tardior, et priusquam opera privati Historiographi ante septuaginta circiter annos lucem conspexisset, nuspiam, omnium sane minime per legislationem ullo unquam tempore vel commemorata, ultra fidedignitatem historicam

assur-

a) Op. cit. pag. 60. 61. et 72. ac passim alibi. — *b*) Histor. septem Ducum cap. 7.

assurgere nequit. Quamquam quid etiam praesidii Lakitsius ejusdemque sectarii in ista nobis obtrusa, et multa cum acerbitate propugnata lege sua fundamentali collocare possint, prorsus non videam. Num quaeso verba haec: *Libera voluntate et communi consensu septem Virorum elegerunt sibi Ducem et Praeceptorem in filios filiorum suorum usque ad ultimam generationem*, *Almum*, *et qui de ejus generatione descenderent.* Vel illa: *Ut quamdiu vita duraret tam ipsis*, *quam etiam posteris suis*, *semper Ducem haberent*, *de progenie Almi Ducis*, — successionem linealem nec pure agnaticam, nec pure cognaticam, sed mixtam ex utraque Almo et utriusque sexus posteris delatam indicant? (§. 76.) verba inquam, quae nec aliquem successionis ordinem defigunt, multo minus illam ad utrumque sexum extendunt.

LXXIX.

At at fides certa Diplomatum rem evincit, quandoquidem Reges ipsi jam primae etiam stirpis complures in litteris solennibus, modo Se Regis primogenitos nominant,

mox

mox haereditario, vel genituræ, aut successionis jure, interdum simul et ordine, regnare ultro declarant. Quojus tenoris formulae apud Cornides, Katona, Pray, Lakits, in Operibus provocatis sollicite collectae, atque semel et iterum repetitae inveniuntur, ut in exemplo sunt: *Ego Colomannus Rex Hungariae, Croatiae, atque Dalmatiae juro super S. Crucem vobis Tragurinis meis fidelibus firmam pacem, mihi et filio meo aut Successoribus meis tributarii non sitis.*

Ego Geiza II. secundi Belae Regis filius divina dispositione sceptra paterna jure haereditario obtinens.

Nos Bela III. secundi Geizae filius arbitrati sumus congruere, ut sicut Praedecessorum nostrorum haeredes sumus in sanguine, et legitimi successores in solio, cet.

Stephanus (V.) *Quod cum jure successorio totius Regni gubernaculum adepti fuissemus.*

Ladislaus (Stephani prioris filius) *A tempore obitus carissimi Patris Nostri Stephani Regis illustris recordationis, cui Nos exigentibus juribus naturalibus, ordine geniturae successimus.*

His terminis adversarii perfecti nominis haeredium, quidve eo tempore obtinuerit, sat superque indicari praetendunt.

LXXX.

Argumentum istud, quomodo illi praesertim herculeum reputare possint, qui Sacris Themidis penitus initiati se non jus ex factis sed facta ex jure (uti reapse deberent) aestimare asseverant, mirari non sufficio. Expendere scilicet noluerunt inter jus *geniturae*, et *primogeniturae*, eam essentialem differentiam intercedere, quod istud tamquam specificum, atque ad singularem personam restrictum, praerogativam immediatae Successionis uni ante reliquos tribuat; illud genericam succedendi capacitatem designet, cunctis de eadem stirpe genitis, nec uni magis prae altero, competens adeoque singulis aequaliter proprium et commune. Certe clausulas hujusmodi adhibentes, plane illi etiam, qui Se primogenitos Regum nominant, nunquam Se jure *primogeniturae*, verum semper duntaxat *geniturae*, successisse litteris suis asserebant. Quaero autem primo, utrum hae-

re-

reditarii Principes, qui inter plures jure pares Populi adprobatione clavum imperii consecuti sunt, non aeque *jure haereditario*, *geniturae*, et *successionis* regnaverint? vel propterea, quod praeeligebantur parentum suorum primogeniti, si id antea fuerunt, esse desiissent? Deinde liceat mihi ultra sciscitari, utrum filius natu major, cum se non modo jure, verum etiam ordine geniturae in Regiminis gubernaculum successisse dicit, hoc praecise ordine succedere plane debuisse censendus sit? — Ergone ex istis, quae factum praecise indicant, jus etiam rite deducitur? — Minime profecto; hoc enim tum solummodo evictum foret, si modus et ordo succedendi pacto primaevo, lege posteriori, aut quacunque tandem constitutione legitime introductus fuisse doceretur; quod quidem obstantibus iis, quae supra memorata sunt, doceri nunquam poterit. Actum agunt, qui vetustiorum ejusmodi Diplomatum clausulas, post saeculorum decursum, secundum Grotium, Puffendorfium, Martinium, et nescio, quos recentiores Jurisconsultos interpretari volunt, atque ubi de jure quaeritur, a similibus expressionibus systema civitatis repetere conantur,

tur, quas arbitrarie, et improprio persaepe sensu Diplomata in stylum redigentes, pro suo quisque genio et cogitandi ratione, simplicitati illius aetatis respondente, adscripserunt. — Ita Bela junior Dux Sclavoniae Belae IV. Regis filius in Instrumento Transactionis cum Templariis *a*) habitae, Sclavoniam, Dalmatiam, et Croatiam ad Se aeque jure geniturae, imo jure plane naturae pertinere asseruit. (*) Num haec strictae veritati congruere, atque illo, quo hodie acciperentur sensu, sumenda quispiam dicet? — Aut vero quia Bela IV. et Stephanus V. Se voluntate Patris Reges in Diplomatibus compellarunt, Hungariam Regnum patrimoniale aliquando fuisse contendet? — Exstant nonne Regum nostrorum Diplomata et Litterae privilegiales, quibus ad Reginarum consensum *b*) diserte provocatur? — An hinc legitime concluseris, regiae potestatis plenitudinem ad hunc consensum restrictam aliquando exstitisse? —

Ja-

---

a) In Regest. anni 3. Litter. Apost. Gregorii PP. X. Epist. 47. — *b*) Hujus exempla memorantur apud *Palma* Not. Rer. Hung. Tom. 1. Introd. in nov. Hung. Histor. §. 2. apud *Pray* de vetere Reginas coronandi more §. 3. et alios.

Jadrenses denique non modo Mariam et Hedvigem filias, sed plane Viduam Ludovici I. Regis Elisabetham, *jure naturae et successorio ac ordine geniturae seu debitae successionis in dicto Regno Hungariae successisse* pronunciant *a*), quin attamen ulli in mentem veniat, has omnes idcirco Regibus esse accensendas.

Nolo plura congerere; unum alterumve exemplum adduxisse ad rem illustrandam sufficiat, quae per se probatione non indiget, quamque ii, qui in Historia Hungariae, nedum in Scientia intermedii aevi diplomatica totius Europae vel mediocriter versati sunt, in controversiam vix revocabunt; ignorare profecto non possunt.

(*) Subnecto huc spectantem indicati Diplomatis partem: „Cum olim inter Illustrem et Magnificum „ Virum D. Belam Dei gratia inclytum Regem Ungariae carissimum patrem nostrum, nomine nostro, utpote ejus, ad quem jure geniturae Ducatus Sclavoniae, Dalmatiae, atque Croatiae pertinere dignoscuntur ex una parte, et Magistrum et fratres - - - domorum Templi - - - fuisset - - di- „ sce-

a) *Luc.* de Regno Dalmat. et Croat. Libr. 5. cap. 2. pag. 243.

„ sceptatum. - - Cum nos interim de sacris pater„ nis seu potestate patria egressi, administrationem „ praedictorum Ducatuum jure naturae nobis debi„ torum essemus adepti, idem Magister cet.“ —

LXXXI.

Idem prorsus de promiscua *Domini Regni naturalis*, aut *haereditarii Domini Regis denique Reginaeque* compellatione tenendum est, quae in remotioris aetatis documentis haud infrequenter adhibetur. Erronee profecto Lakitsius *a*) de Ladislao Posthumo infert: „Si verus et naturalis Rex fuit, erat id „ a nativitate.“ Enimvero eadem prorsus ratione Spalatenses *b*) Tragurini *c*) Episcopus Zagrabiensis, et tres Bani *d*), ne plura exempla memorem, *Sigismundum Dominum suum naturalem salutarunt*, atque Ipse etiam hoc Sibi cognomentum repetitim attribuit *e*). De Matthia Corvino peraeque Gregorius Bodó Ta-

a) Op. cit. §. 19. pag. 32. — *b*) *Katona* Hist. Crit. Tom. 11. pag. 260. — *c*) *Lucius* in Memor. Istoriche di Tragur Libr. 6. cap. 1. pag. 351. — *d*) *Katona* Op. et Tom. cit. pag. 627. et 629. — *e*) Idem ibidem pag. 353. 565. et 593.

Tavernicorum Magister ad Cassovienses anno 1458. hac nominis significatione utitur: „Ecce inquiens litteras Serenissimi Principis „D. Matthiae Regis Hungariae *Domini scilicet nostri naturalis* vestris Sagacitatibus „transmisimus.“ *a)* — Matthiam in Litteris etiam alterius ordinis, Concordiae scilicet inter Eum et Casimirum Poloniae Regem anno 1472. initae *b)*, Praelati, Barones, et Proceres Regni Hungariae in praesenti Conventu Budae congregati, *Dominum nostrum naturalem* appellant. — Publicae plane Constitutiones anni 1474. sic incipiunt *c)*: „Nos Praelati et Barones nec non electi Nobiles Regni Hungariae in praesenti Conventione „Budensi congregati, totum item Regnum „Hungariae repraesentantes significamus, — „— quod cum Nos his diebus de voluntate „et mandato — — D. Matthiae — — *Domini „nostri naturalis* — convenissemus“ cet. Et tamen, si modo quod res est, dicere velimus, ex hypothesi etiam Lakitsii nullum seu

Si-

---

a) *Kaprinay* Hist. Diplom. Part. 2. pag. 187. — *b)* *Matthias Dogiel* Cod. Diplom. Regni Polon. Tom. 1. pag. 635. — *c)* Vide Decreti ipsius Praefationem in Corp. Jur. Hung.

Sigismundo, sive Matthiae, ab genere jus ad Regnum esse potuit.

LXXXII.

Neque Clausulae illi: *Jure perpetuo tamquam Dominus haereditarius*, haereditariae successionis sensus praecise inerat; verum jus proprietatis solummodo ad personam restrictum quandoque denotabat. Luculenter colligimus istud ex Instrumento itidem Concordiae, quam ab obitu Matthiae I. Regis cum Ejusdem naturali filio Joanne Corvino Regnicolae inierunt (*), quandoquidem in eodem supramemorata Clausula: *Jure perpetuo* et *Dominus haereditarius* cum restrictione ad dies vitae occurrit, quin itaque haereditariam ad posteros successionem involvat. — Quoties praeterea ipse Regum Reginarumque titulus vago prorsus ac improprio significatu in vetustioribus paginis, vel Chronographorum deprehenditur monumentis? — Chronicon Thuringicum *a*) et Auctor Rerum Misniacarum *b*), An-

---

a) Apud *Menken* Script. Rer. Germ. Tom. 3. pag. 1335. — *b*) Apud citatum *Menken* Tom. 2. pag. 422.

Annam Seniorem Alberti Regis filiam, Wilhelmi Saxonis consortem, Reginam Hungariae appellant. Hujus e sorore nepos Wladislaus II. Rex ipse Hungariae, superstite utique filio suo Ludovico, filiam suam Annam, quartum aetatis annum vix egressam, in quopiam Privilegio, pro favore Joannis Pethő de Gerse anno 1507. edito, *a*), jam *Reginulam filiam suam jucundissimam* dicit. — Ista iterum Conjux subinde Ferdinandi I. Regis Hungariae, conditis ultimae voluntatis Tabulis *b*), utrumque filiorum suorum Maximilianum nempe et Ferdinandum (Carolus nondum natus erat) Reges primum, mox natos Hungariae Reges, marito adhuc in vivis agente, vocavit. Scilicet et Augusti III. Poloniae Regis filii, utut eisdem nullum prorsus ad solium jus ab obitu genitoris competierit, *Regii Poloniarum Principes* in haec tempora nominati fuerunt; indeque ab Lusitania ad Russiam, ne Orientem memorem,

si-

---

a) Cujus fragmentum producit *Pray* Hist. Reg. Hung. Part. 2. pag. 551. — Quas integras edidit *L. B. Hormayr* op. cit. Uiber Minderjährigkeit und Vormundschaft in Mantissa Nro. 14. pag. 210. et seqq. —

similia per omnem aetatem titulorum vestigia occurrunt, quae universa ad definiendas in Jure Publico quaestiones adeo non sufficiunt, ut ipsa potius ad genuinum legum, aut actorum publicorum sensum revocari atque examinari debeant.

(*) Conventionis hujusce, quam Ernestus Spiess *a*) et Kovachich *b*) vulgaverunt, textum illum, qui asseverationem meam in apricum ponit, libet transcribere: „Praeterea etiam Banatus Regnorum Dal-„ matie et Croatie cum omnibus solitis justisque „ proventibus et jurisdictionibus similiter vita comite „ eidem (Joanni) detur et concedatur, ita videlicet, „ *quod Ducatum praedictum, et ipsum etiam* „ *Regnum Sclavoniae infra vitam jure per-* „ *petuo tamquam Dominus haeredita-* „ *rius, Banatum vero praefatorum Regnorum* „ *Dalmatie et Croatie similiter infra vi-* „ *tam, id tamen tamquam Banus et Officialis* „ *pro Officiolatu teneat.*"

LXXXIII.

Igitur Nationis persaepe declarata voluntas Monarchiam Hungaricam ita haereditariam

---

a) Aufklärungen in der Geschichte und Diplomatik Append. Nro. 7. pag. 275. — *b*) Suppl. ad Vestig. Comit. Tom. 2. pag. 270.

riam omni tempore fuisse demonstrat, ut successio ad utrumque regnatricis Familiae Sexum cum jure Primogeniturae mixto lineali ordini conjuncto, pertineret? — Optassem sane protulisset Lakitsius aliqua hujusce persaepe declaratae voluntatis vestigia, quae si uspiam, in Decretis Comitialibus reperienda forent; in his vero antiquis temporibus raro quidem suffecti Regis occurrit mentio; quoties tamen modus deferendi summum imperium commemoratur, toties simul electionis disertissima fit memoria. — De Pactis cum Friderico et Maximiliano confectis; de Articulis Palatinalibus, in quibus deficientis haeredis Regii expressio continetur, cum ista in superioribus occupata habeantur, id unum regero, Pacta quidem illa, quod callide satis Lakitsius reticet, *masculis duntaxat Domus Austriacae Posteris* cum manifesta Feminarum exclusione et praeeligendi potestate in salvo relicta Regimen addicere; hos et nominatim articulum 1-um *a*), indubie de masculis tantummodo loqui; nam semen deficere absolute tunc dicebant Hungari, quum masculorum

a) Vide anni 1485. Articulos de Officio Palat.

sculini sexus haeredes deerant, etiamsi femineae proles exstarent, quod post Sigismundi *a*) et Matthiae *b*) Decreta, Verböczius *c*) perspicue docet. Idemque ille Matthias, sub quo articuli Palatinales conditi sunt, adeoque Legislator ipse Legato Gallico per Consiliarios Suos anno 1463. inter alia sequentia respondit *d*): *Novit insuper Regia Majestas libertates Regni et jura clarissima, potestatemque plenissimam deligendi pro arbitrio Principis, virili Regum semine per defectum penitus intercepto.*

LXXXIV.

Quid denique Historia, quid perpetua doceat observantia, hactenus pariter plus fere quam satis disseruimus; quo nihilominus hanc, ceu prioris resultatum, uno quasi oculi ictu metiamur, sisto in fine operis genealogicas Ducum primo, deinde Regum nostrorum Tabellas, quantum praesenti argumento subserviunt,

a) Decret. 6-um anni 1435. art. 17. — *b*) Decret. 6-um anni 1486. art. 26. — *c*) Tripart. Part. 1. tit. 22. — *d*) Epist. Matthiae Corv. Part. 2. Ep. 62. pag. 139.

viunt, locupletissimas; unde, quid series et propago regnantium aliquando Principum palam faciat; quorsum item illorum delabatur hypothesis, qui continuam haereditatem ad sequiorem sexum ab initiis Monarchiae cum lineali ordine extensam in hac perpetua observantia se dēprehendisse existimant, tranquilla mehte revolvemus.

Docet quippe Historia Jus Primogeniturae confestim in proximis Arpadi posteris fuisse neglectum (§. 6. et 7.) Cernimus ab obitu Divi Stephani non agnatum in ordine lineali proximum, Vasulem, aut Andream, inter filios Ladislai Calvi seniorem; verum Petrum e sorore nepotem, postea affinem Samuelem Aba solium obtinuisse *a*). Intelligimus post Andream I. voluntate Populi ad Coronam evocatum, nec illico gnatum Salomonem, verum antea fratrem Belam I.; ab hujus iterum obitu Nepotem; mox Geizam, deinde prae Istius filio Colomanno (§. 12. et 13.) fratrem Ladislaum sceptra tenuisse *b*): quae omnia cum jure Primogeniturae, ordineque lineali mixto apertissime pugnant.

LXXXV.

---

a) Tabella Genealog. 1. et 2. — *b*) Tab. Gen. 2.

LXXXV.

In altera Regum Periodo stante juxta sententiam Lakitsii ordine praecise cognatico, ab obitu Andreae III. Regnum ad filiam Ejusdem unicam Elisabetham *a*), Hujusque Descendentes, si quos tulisset, agnatis omnibus exstinctis, procul dubio pertinebat; in horum autem defectu, post Elisabethae istius obitum, primo ad cognatos gradatim ascendendo usque lineam proximam erat digrediendum, quam ceteras inter senior Stephani V. Regis Hungariae filia Maria Neapoli propagavit *b*); — et tamen Elisabetha Andreae III. filia nunquam; Nepos Mariae Neapolitanae Carolus Robertus, nonnisi post Venceslai Bohemi *c*) atque Ottonis Bavari *d*), voluntarium Illius, Hujus violentum decessum, sceptra consecutus est. Caroli porro linea mascula in filio Ludovico desinente *e*), prior redit quaestio, videlicet si cognaticum ordinem praeexstitisse fingere est animus, Corona ad Mariam filiam; hac decedente nequaquam ad Illius ma-

---

a) Tab. Gen. 3. — *b*) Tab. Gen. 4. et 5. — *c*) Tab. Gen. 7. — *d*) Tab. Gen. 4. — *e*) Tab. Gen. 5.

maritum Sigismundum *a*), qui eandem reapse consecutus est, verum ad sororem Hedvigem spectabat *b*). Si mixtus ordo praeplacet, tum nequidem Mariae aut Hedvigis ratio fuisset habenda, ast illico a morte Ludovici Carolus Dyrrachinus *c*), inde filius Ladislaus, postea Margarethae *d*) posteri, haeredes erant, Illius nimirum, quae matre hungara genita, utpote Caroli Martelli soror, Carolo itidem Valesio in manum convenerat. — Sigismundus profecto nullum omnino in casum legitime adiisset imperium, quem utpote et senior linea a Bela IV. per filiam Elisabetham superstes *e*), et in propria frater Venceslaus Rex Bohemiae idemque Imperator *f*) aetate praecedebant. Qua igitur Juris Publici philosophia propugnet Lakitsius, Sigismundum et suo quodam, et uxoris haereditario jure regnasse *g*), aut unde Carolo Roberto potestatem faciat femineis primogeniti Sui Ladislai Posteris, cum filiorum Ludovici, Andreae, et Stephani *h*) exclu-

---

a) Tab. Gen. 6. — *b*) Tab. Gen. 5. — *c*) Itidem Tab. Gen. 5. — *d*) Ibidem. — *e*) Tab. Gen. 4. — *f*) Tab. Gen. 6. — *g*) Op. cit. §. 61. pag. 90. — *h*) Tab. Gen. 5.

clusione, Regnum Hungariae stipulandi, quae perpetuae suae et quidem lineali Regum successioni e diametro opponuntur, concipere non valeo.

LXXXVI.

A fatis Alberti salva linealis ordinis continua observantia, nec Wladislaum I. ante Ladislaum Posthumum, nec Isto deficiente Matthiam Corvinum regnare oportebat, verum lineae proximae illae erant, quas Ladislai sorores propagarunt; cumque has inter Anna Saxoni nupta senior foret, istam utique prae Elisabetha, Wladislai II. matre *a*), quemadmodum olim inter natas Ludovici I. Mariam prae Hedvige, Corona attinuisset. His omnibus in plenissima luce positis, nemo opinor, et si vellet, aliquomodo dubitare amplius potest, nihil magis, nihil apertius praestituto lineali ordini refragari, atque continuam observantiam, quam Historia ne factis quidem probat, cum de jure per ipsam solam quidpiam decidere ceteroquin non valeat.

Li-

a) Tab. Gen. 6.

Liceat demum ab adversariis percontari, quonam ergo jure Ferdinandus I. Rex Hungariae reapse evaserit? — Ex Pactis reponunt cum Domo Austriaca initis: — At Pacta posteriora anterioribus Domus regnatricis juribus derogare utique non possunt. — — Accessit, ajunt, jus uxorium Annae conjugis, derivatis a Sigismundo et Alberto exemplis, quorum uterque jure conjugum regnavit: — Verum, amabo, in ordine lineali mixto, Elisabethae et Casimiri filius Sigismundus Polonus, post exstinctum Nepotem Ludovicum II., indubius utique prae nepte sua Anna Ferdinandi Consorte haeres exstabat. — Inquiunt cognaticus praecise jam tum ordo tenebat, non mixtus: — Sed ita ne Genitor quidem Annae Wladislaus II. sceptra legitime gerebat. Altera potius Anna, Alberti filia, imo si avi Sigismundi valebat exemplum, Wilhelmi conjugis proles, Hungariae haeredes proximi evasissent *a*). — Egregia enimvero Jurium gloriose regnantis Domus explicatio! — —

Exu-

a) Tab. Gen. 6.

Exulent tandem aliquando hae neniae. — Adiit Ferdinandus I. libera Populi electione, legitimis in Comitiis peracta (§. 60.) Regimen Hungariae, mox Ejusdem Haeredibus in omne tempus confirmatum (§. 63.). Asseruit dein communis omnium Statuum atque Ordinum Regni assensus masculis primum (§. 68.) dein utriusque sexus Leopoldi I., Josephi I., et Caroli Posteris haereditariam Successionem cum proedria Primogeniturae (§. eodem 68.) ad ultimam usque Posteritatem, donec Eandem, quod toto pectore vovemus, Supremum Numen servaverit superstitem. — Regnat igitur Augusta haec Progenies Jure, quo nihil firmius, nil sanctius toto orbe habetur, Jure videlicet a Natione, in cujus plena id potestate erat, sponte ac libere delato, neque ullis commentitiis titulis indiget, nullis detortis historiis, a quibus imbelle fulcrum mutuetur.

MAN-

MANTISSA DIPLOMATVM.

I.

Maria Neapolitana Stephani V. Regis Hungariae filia, Regnum Hungariae in primogenitum filium suum Carolum Martellum transfert, 6. Januarii 1292. *a*)

Maria Dei Gratia Regina Jerusalem, Siciliae, et Ungariae, Provinciae, et Forcalquerii Comitissa, ad faciendam Justitiam in nationibus, et pacem in Populis nutriendam, constituit Dominus Principes super terram, quibus deficientibus perit Justitia, Pax turbatur, insurgunt odia, bavantur injuriae, caedes accedunt, ut ascendat clamor ad Dominum, et abominatio subsequatur; praesentis itaque Privilegii nostri tenore notum facimus, universis praesentibus, et futuris, quod Magnifico Principe Domino Ladislao, Illustri Rege Ungariae, carissimo fratre nostro, ab Anno jam, et ultra, prout fatorum crudelitate permissum est, sublato de medio, nullis legitimis liberis superstitibus ex eodem, Nobis agentibus, prout adhuc agimus in remotis, turbato protinus ejusdem Regni regimine, versae sunt illic

a) Ex Rousset Supplement au Corps universel diplomatique etc. Tom. 1. Part. 1. pag. 158.

illic omnium manus ad spolia, rapinas, et strages adeo, quod relegata Justitia, et Judicio dissoluto, ibi jam non juribus, sed viribus decernatur, de quibus omnibus miserabili pluries ejusdem Regni fidelium ad Nos rumore prolato, *volentes ejusdem Regni statum providere, sive successionis, sive consuetudinis, sive electionis, sive quocunque alio Jure vel modo id competere dinoscatur, Carolum primogenitum nostrum Salernitanum Principem, et honoris Montis Sancti Angeli Dominum, ad ejusdem Regni Ungariae Sedem, et Regimen, ac in ipsius Regni Regem ex deliberato fidelium Consilio eligentes, ac praeeligentes, Regnum ipsum Ungariae cum hominibus Vasallis, Honoribus, Dignitatibus, Principatibus, Marchionatibus, Ducatibus, Comitatibus, Baroniis, Civitatibus, Castris, Villis, Insulis, Planis, Montibus, Aquis maritimis, Juribus, Jurisdictionibus, meri mixtique Imperii, et gladii potestate, nec non servitiis, tributis, rationibus et pertinentiis suis omnibus tam intra, quam extra Regnum ipsum, ad id Regnum spectantibus, prout* praedictus frater noster, aut alii Praedecessores nostri praedicta omnia, vel singula tenuerunt, vel tenere debuerunt, Viro Nobili Henrico Comiti Vademontis fideli nostro ad haec solemniter constituto recipienti nomine, ac pro parte ipsius Caroli primogeniti nostri, ac per eundem Comitem *eidem Carolo, et ejus haeredibus ex ipsius Corpore legitime descendentibus in perpetuum natis vel de cetero nascituris, de mera liberalitate, speciali gratia, et maternae caritatis affectu concedimus,*

do-

donamus, et tradimus vel quasi, omneque Dominium directum, et utile ipsius Regni in eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte praedicti Caroli primogeniti nostri, ac per eundem Comitem *in eundem primogenitum transferentes*, eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte ipsius primogeniti nostri, exinde per Coronam Auream, et ejusdem Regni vexilla sollemniter investimus maternae benedictionis gratia, et mandato subjuncto, quod idem primogenitus noster, et haeredes ipsius ejusdem Regni Populos caritate custodiat, justitia dirigat, ac pace disponat. In cujus rei fidem perpetuamque memoriam ac ejusdem Caroli primogeniti nostri, et haeredum suorum cautelam, praesens Privilegium sibi exinde fieri, atque Sigillis Principis inclyti Domini, Viri nostri, Domini Caroli Secundi, Dei gratia Regis Jerusalem, Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae, Provinciae, et Forcalquerii Comitis, et nostro fecimus communiri. Actum et Datum Aquis, in praesentia ejusdem Domini Regis Viri nostri, ac Venerabilium in Christo Patrum Rostaini, Archiepiscopi Agvensis, et Guillelmi Episcopi Dignensis, nec non Nobilium Virorum Bertrandi de Bantis, Comitis Avellini, Guaucherii de Rocca, Hugonis de Bautio, Joannis Scoti Regiae Marescallae Magistri, Matthaei de Adria Regni Siciliae Thesaurarii, et Magistri Rationalis Alfanti de Soleriis, Senescalli Provinciae Militum, et aliorum quam plurimorum, Anno Incarnationis Millesimo Ducentesimo Nonagesimo secundo, die VI. Januarii V. Indictionis.

II.

II.

Carolus Robertus ejusque posteritas per Status et Ordines Regni anno 1307. generaliter congregatos, in Regem Hungariae suscipitur. *a)*

Nos Magister Ugrinus filius Pous de Genere Chaak, Magister Dominicus filius Magistri de Genere Ratolth, Omodeus Praelatus de Genere Aba, Kopasz Praelatus de Genere Borsa, Stephanus Praelatus filius Irenaei Bani de Genere Akus, Rolandus Praelatus, Ladislaus Banus, et Magister Kokos de Genere Ratolth, Magister Deseu de eodem Genere, Nicolaus Wayvoda, filius Mauritii de Genere Puk, et Nicolaus Wayvoda filius Stephani, Praelati, caeterique Barones *in praesenti Regni Congregatione praesentes* ad futuram rei memoriam. Gravis aliquando frequenti mutatione Domini Contentio Regnum noscitur obsedisse; sed favente Deo *ejusdem Regni Barones ac Nobiles animositati veritatem merito praeponentes in unius Domini obsequium ratione praevia convenerunt.* Nos igitur ad perpetuum ejusdem Regni bonum Statum, et Commodum ex animo intendentes; *diligenti Collatione praehabita, Dominum nostrum Karolum, ac Posteritatem ejus, prout Regalis successio exigit*

a) E Mss. Stephani Kaprinay in Vestig. Comit. pag. 157.

git, in Regem Hungariae, ac Naturalem Dominum perpetuum suscipimus, Obedientiam ei, ac Reverentiam Regiae Magnificentiae debitam exhibentes, nullo unquam tempore facto nostro, seu Consilio contra Personam, Honorem, Res, vel Prosperitatem ipsius aliquatenus processuri: Quicunque vero Dignitatem aliquam, seu Possessionem, Tributa, vel Jura aliqua ad Regalem Magnificentiam, vel Reginalem pertinentia obtinet, absque contradictione qualibet libere eidem Domino Nostro Regi restituat, nisi forte suum hoc esse valeat ostendere. Possessiones etiam seu Jura alia ad Ecclesias, Nobiles homines, vel quoscunque alios pertinentes, qui occupata detinent; nisi super eis legitima Instrumenta ostenderint, ea suis Dominis sine difficultate qualibet restituant, nullo unquam tempore ad eadem usurpatione qualibet redituri. Nobiles quoque Regni Hungariae, quos hactenus indigna servitute oppressisse dignoscuntur, juxta naturalem ipsorum Libertatem, cuicunque et ubicunque voluerint servire seu propriis rebus curam impendere sine omni contradictione permittantur. Si quis vero in ipso Regno Hungariae obstinato animo Eidem Domino Nostro Regi obedire contempserit, velut infidelem ac hostem publicum singuli reputabimus. Haec omnia suscepimus observanda perpetuo *praestito in Manus Venerabilis Patris Domini Thomae Archi-Episcopi Strigoniensis corporaliter Juramento, praesentibus eodem Domino Nostro Rege, Domino Vincentio Colocensis Ecclesiae Archi-Episcopo Aulae Regiae Cancellario, ac aliis Episcopis, ceteraque ac magna Regni frequentia in eadem*

so-

solenni Congregatione adunata, obligantes nos, ut si quis huic Ordinationi contraire praesumserit, infidelis Regi, ac Regno, hostisque publicus deputetur, et Sententiam Executionis, quam idem Dominus Thomas Strigoniensis ac Dominus Vincentius Colocensis Ecclesiarum Archi-Episcopi cum pluribus aliis Co-Episcopis ibidem promulgasse dignoscuntur, incidat: et persona ipsius, ac Res ad manus Regias absque Contradictione qualibet devolvantur. In cujus Rei Testimonium perpetuamque firmitatem Sigilla nostra ac Venerabilium Patrum praedictorum praesentibus duximus apponenda. Actum hoc apud Ecclesiam Beati Petri in Rakos Anno Domini 1307. in Crastino Beati Dionysii Martyris. (L. S. Nr. 11.)

III.

Instrumentum Electionis Caroli I. in Regem Hungariae, agente Cardinali Gentili Apost. Sedis Legato, in Campis Rákossiensibus anno 1308. interventae. *a*)

In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem MCCCVIII. indictione Sexta Mensis Novembris die XXVII. Pontificatus Domini Clementis Papae V. anno III. Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Gen-

a) E Carol. Péterfy Concilior. Hung. Tom. 1. pag. 150.

Gentilis Dei gratia tituli S. Martini in Montibus Presbiter Cardinalis, in Regno Hungariae, ac partibus illi conterminis Apostolicae Sedis legatus, Ex quo cum ipsius Legationis partes accessit, quod fama praenoverat ex rei evidentia, et facti experimento praecipiens tempestatis videlicet fremitum, qua Regnum ipsum multae fertilitatis olim, ut asseritur jucunditate refertum, multaque solitum devotione clarescere, hostis antiquus pacis aemulus, ac Zizaniae Seminator, Generali turbine conquassarat, particularibus, quoque dissidiis fere in singulis ejusdem regni partibus suscitans, ex quibus adeo invaluerat Commotionis horror in illo, et locum sibi dissensio, quae detrimenta solet vastitatis inducere, vindicarat.

Quod ex coelesti Principe Domino Carolo Hungariae Rege illustri, ac nonnullis Baronibus et Nobilibus regni dicti ab invicem dissidentibus, et inter eos odii, ac rancoris igne accenso detrahebatur, subditorum aversione, regalis Munificentiae Culmini ab eis ipsius regis avertebatur affectus, ac mutuis hinc inde incommodis deperibat, coepit circa ipsius regni sedanda scandala indesinenter solerti studio vigilare, ac favore officiosi exuberare favoris instantius, pro ipsius Domini Regis, quem infra claustra pectoris in singularitate dilectionis habet, ut filium, ac incolarum regni ejusdem statu prospero, et tranquillo cogitationes pacis assiduae meditando.

Post adventum igitur ejusdem Domini Legati Budam per nuntios ipsius, et Litteris pro ejusdem

regni

regni negotiis, suae Commissis Legationis Officio, promovendis feliciter, *Generali Praelatorum, ac Baronum et Nobilium, aliarumque Nobilium personarum Ecclesiasticarum, quam secularium Concilio, ad octavam Festi B. Martini confessoris tunc instantis solemniter convocato, circa ipsam octavam, ad idem Concilium eorundem Praelatorum, ac Baronum plurimi, ac multitudo Nobilium et personarum ipsarum copiosa personaliter, aliqui vero eorundem Baronum, quorum personalem adventum ad idem Concilium longa distantia praepediit, per procuratores idoneos convenerunt.*

Sane Henrico Magistro, et Bano Sclavoniae, ac nonnullis Baronibus aliis, et Comitibus, Nobilibus, quibus ad superius Castrum Budae, ubi nunc Legatus ipsa cum sua Curia morabatur, propter armatorum multitudinem, quam secum habebant, nequaquam patebat aditus, ultra Danubii flumen, ex ipsius Castri opposito constitutis, ipse Dominus Legatus insistens caeptis alacriter, suique Status praeeminentiam et dignitatem Officii non attendens, quin imo se ipsum humilians una cum praefato rege aliisque Praelatis, et Baronibus citra flumen ipsum cum eo manentibus, speciosam fluminis ejusdem planitiem, piscatoris more, aquarum intrepidi Cymba transiit, ac in loco Fratrum Praedicatorum juxta flumen ipsum sito, cum ipso Domino Legato, Praelatorum, Baronum, et Nobilium et tot dictarum personarum multitudo, cives etiam, et advenae copiosi, quos eximii Spectaculi rumor, ac vulgata Con-

ven-

ventionis dicti Concilii Celebritas excitarat, insperatae pacis admiratione stupidi, et discordium animorum unitatis increduli, pacisque avidi convenerunt. Quibus in ejusdem Domini Legati ac mei, aliorumque Notariorum ac testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum praesentiam constitutis, dictoque Domino Rege, ac Venerabilibus in Christo patribus, Dominis Dei gratia Thoma Strigoniensis, ac Vincentio Colocensis Archi-Episcopis, et H. Vaciensis, ac Benedicto Veszprimiensis, Joanne Nittriensis, Petro Quinque-Ecclesiensis, Martino Agriensis, et Augustino Zagrabiensis Episcopis, et Nicolao postulato Jaurinensis, ad dextram, et Magnificis Dominis viris Henrico Praelato Magistro, et Bano Sclavoniae, Magistro Nicolao filio Gregorii Nepote ejus Homodeo Palatino, et de genere Haba, Magistro Dominico, Magistro Kokos, et Ladislao Bano de Ratold Kapos pro se ac Béka Magistro Tavernicorum reginae Dominae, fratre suo, filiis Thomae de genere Bonsae, ac Petro filio Campoldi de genere Aba, ad sinistram ipsius Domini Legati sedentibus, et nuntiis, seu Ambasciadoribus, et procuratoribus Magnificorum Virorum Ugrini, Magistri Tavernicorum Regis, ac Ladislai Vajvodae Transilvani, et Comitis de Zonik, ac Matthaei Trincke Palatini ibidem praesentibus, ac pressa Nobilium et vulgi stante ibidem Corona, idem Dominus Legatus proposuit Verbum Dei assumpto illo Evangelico Themate: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Seriose retexens agri semina, id est regni Hungariae, quae in illo Dominus seminarat, ex quibus Reges Catholici tanta sanctitatis, et vitae clari-

ritate conspicui prodierunt, quod Sacrorum adscribi Cathalogo meruere, quodve Coronam regni primus Rex Regni Hungariae Sanctus Stephanus, a Romano Pontifice consecratam acceperit, prout Hungarorum Historiae, quas Legatus ipse praenominatus asseruerant praestari, alias etiam thema ipsum ad suae intentionis propositum super statu ejusdem regni mirabiliter reducendo.

Postque sub specie tuendae libertatis ejusdem regni inter ipsos Barones et Nobiles murmur, quod ipsius Domini Legati attigit aures per querelam patentem in publicum productum exoritur, videlicet, quod nolebant, nec erat aliquatenus intentionis eorum, quod Ecclesia Romana, vel ipse Dominus Legatus, ejus nomine saepedicto regno de rege nullatenus provideret, sed placebat eis, quod illum, quem ipsi, ex antiquo, et approbato ejusdem regni more vocaverant, et in regem assumpserant, praefatus Dominus Legatus ejusdem Ecclesiae Romanae nomine in regem verum Hungariae confirmaret, et quod etiam perpetuis futuris temporibus veri summi Pontifices, et ipsa Romana Ecclesia haberent jus confirmandi, et coronandi Reges Hungariae de vera Regali progenie propagatos, quos ipsi unanimiter, et concorditer de dicta progenie ducerent eligendos.

Ipse vero Dominus Legatus ad consummationem caeptorum per eum feliciter, et ferventer anhelans ad eorundem Praelatorum, Baronum, et Nobi-

bi-

bilium supplicationem, petitionem, et expressum consensum Dominum praefatum Carolum de praedictorum Regum Hungariae ex Domina Serenissima Domina Maria Siciliae, et Hungariae Domina Regina illustri, nata clarae memoriae Stephani Regis Hungariae vera progenie propagatum cujusque in eodem regno successio legitima per eandem Ecclesiam exstitit declarata, sibique de jure deberi regnum hujusmodi definitum, in ejusdem regni verum regem, ipsius Ecclesiae Romanae nomine cum solemnitate debita confirmavit, et praedictae ipsius Ecclesiae Romanae nomine acceptavit, et subsequenter omnes unanimiter, et concorditer post confirmationem hujusmodi tam adhaerentes, quam adversantes hactenus eidem Domino Carolo receperunt, et cognoverunt singulariter, et diversum ipsum Dominum Carolum verum regem, ac Regni Hungariae successorem, sibique servire, et obedire teneri, tanquam Vasalli legitimi et fideles Domino Naturali, de quibus per eosdem firmiter adimplendis et inviolabiliter observandis junctas manus, prout solet, a profitentibus regulas fidei infra saepedicti Domini Legati mittentes manus, juramentum et fidem super verae Crucis signum ipsique ac dicto Domino Regi singulariter pacis osculum praestiterunt, statimque ipsum Dominum Carolum Regem, catervatim elevatum sustollentes manibus, plausus, ac vocibus extulerunt regium laetis ad sidera Nomen, subsequenter Te Deum laudamus solemniter decantando. Actum ut praedicitur in dicto loco Praedicatorum prope Civitatem Pesthiensem ultra ipsum Danubium ex opposito dicti Castri praesentibus Reverendo in

Chri-

Christo Patre Domino Thoma Episcopo Vegliensi, ac venerabilibus et religiosis viris Fratribus Paulo, Priore Praedicatorum, et Haymone Magistro Minoris, Fratrum Ordinum Provincialibus, et Salomone Vicario Prioris Provincialis Fratrum Eremitarum in Provincia Hungariae, cum eorundem Fratrum multitudine, ac venerabilibus et discretis viris, Magistris Philippo de Sardinia Arborensi, et Joanne de Aretio Auximanensis Ecclesiarum Canonicis Auditoribus, nec non Magistris Gnitto de Sanguinetto, Joanne Angico, et Alberto de Parma, Capelanis Domini Praefati Legati, et Notariis publicis, ac inferius subscriptis, adhoc specialiter vocatis et rogatis, et alias diversarum copiosa multitudine nationum.

Et ego Joannes de Ponte Curvo Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius, praedictis omnibus interfui, ipsoque Mandato, et auctoritate praefati Domini Legati, nec non a praedictis Praelatis, Baronibus et Nobilibus, una cum praefatis Notariis rogatus scripsi et publicavi, meoque signo consueto et ad majorem praedictorum roboris firmitatem ac memoriam futurorum supra dicti Domini, Legatus, Rex, Praelati, et Barones fecerunt praesens Instrumentum Publicum praedictorum Notariorum subscriptionibus communitum Sigillis etiam propriis roborari.

Et ego Gnittus de Sanguinetto publicus Apostolica, et Imperiali auctoritate praedictus Notarius omnibus una cum praedictis testibus et Notariis prae-

praesens interfui, ac de Mandato praefati Domini Legati, nec non a praedictis Praelatis, Baronibus, et Nobilibus rogatus huic Instrumento publico me subscripsi, et signum meum apposui consuetum.

IV.

Sigismundus Rex Hungariae ad casum, si absque filio decederet, Regnum Hungariae in Albertum IV. Austriae Ducem ea ratione transfert, nt filias, si quas Sigismundus relinqueret, singulas cum dote $\frac{m}{100}$ flnor. hungaricał. emaritare teneatur. 14. Septemb. 1402. *a*)

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Sacri Romani Imperii Vicarius generalis et Regni Bcemie Gubernator. Notum facimus tenore presencium, significantes quibus expedit vniuersis Quod nos diligenti premeditacione considerantes fidei sinceritatem et amicabilem dileccionem, quam Illustris princeps Sororius noster carissimus dominus Albertus dux Austrie etc. erga nos

in.

---

a) Ex Apographo Autographi Manuscriptorum Comite-Szétsényianorum.

interne gessit et gerit, nec non Consangwineitatis affinitatem, qua sibi congnata vicinitate coniuncti dinoscimur, eidem domino duci Alberto, *de certa scientia deliberatione consilio et voluntate vniuersorum Prelatorum Baronum Nobilium et Regnicolarum Regni nostri Hungarie*, *omni forma modo ordinacione et disposicione*, *quibus id mēlius et efficacius fieri potuit*, *appropriauimus ac dedimus ymmo appropriamus et donamus vigore presencium prelibatum Regnum nostrum Hungarie cum* omnibus Principatibus Comitatibus, dominiis prouinciis, Castris, Civitatibus, Omagiis Bonis nec non juribus utilitatibus, dignitatibus, honoribus libertatibus et consuetudinibus, ad idem spectantibus, aliisque pertinenciis suis vniuersis quibuscunque nominibus vocitatis, eciam si qua sint, de quibus mencio fieri deberet specialis, prout ipsum Regnum per dictos predecessores nostros Reges Hungarie felicis reminiscentie ac per nos habitum tentum existit et possessum et sicuti nos dono altissimi idem Regnum habuimus, tenuimus, et possedimus; ymmo habemus, tenemus, et possidemus *Tali dumptaxat modo forma et condicione*, *quod in casu*, *quo nos absque heredibus legittimis masculinis*, *quod absit*, *decedere contigerit*, *extunc praedictum Regnum nostrum Hungarie cum praemissis Principatibus*, *Comitatibus*, Dominiis Prouinciis, Castris, Ciuitatibus, Omagiis bonis, nec non Juribus vtilitatibus, dignitatibus, honoribus libertatibus et consuetudinibus ad idem spectantibus aliisque pertinenciis suis vniuersis *ad prefatum dominum Albertum ducem Sororium nostrum percarum*, *veluti le-*

legitimum herêdem ac successorem deuolui debeat et redundare, per ipsum habendum, tenendum et possidendum plena potestate et omni Jure conseruandum et utifruendum prout per nostros predecessores Reges Hungariae et per nos habitum tentum extitit et possessum, et sicuti nos hactenus ipsum Regnum habuimus tenuimus et possedimus, et de praesenti habemus tenemus et possidemus. *Quemadmodum eciam vniversi Praelati, Barones, Nobiles et Ciuitates predicti nostri Regni ad id obseruandum cum ipsorum specialibus litteris, eidem domino ducis Alberto se obligarunt* quolibet sine dolo. *In casu vero quo nos filiam vel filias generare procreare vel habere, et eandem seu easdem post mortem nostram relinquere contingeret, tunc prefatus dominus dux Sororius noster, debebit eandem aut easdem matrimonio tradere et honorifice desponsare prout nos de sue fidei sinceritate fiduciam gerimus singularem et debebit ac tenebitur eidem vel cuilibet earundem filiarum pro dotalicio seu desponsacionis dote dare et tribuere centum millia bonorum aureorum vngaricalium florenorum.* Preterea nos cum presenti disposicione anullamus et penitus reuocamus ordinacionem seu disposicionem, quam patruo nostro Jodoco Marchioni Morauie de eodem Regno nostro Hungarie prius feceramus, eandemque mortificamus et cassamus propter notabiles causas et excessus, quibus ipse patruus noster contra nos excessit et deliquit, ymmo cum huius modi excessibus ipse semet ipsum ab eadem disposicione dinoscitur amouisse. Et ut presens nostra disposicio et colla-

 cio

cio prelibato domino Alberto duci facta rata et firma persistat et permaneat, ideo nos sibi presentem nostram litteram duximus concedendam. Datum Posonii sub Sigillo nostri Vicariatus Romani Imperii cum secreto nostro sigillo a tergo appresso propter carenciam nostre sigilli majestatis, in festo Exaltacionis sancte Crucis Anno domini millesimo CCCCII. L. S. De Mandato domini Regis Johs Ppts Quinqueecclien Regius Secretarius Cancellarius. (*)

V.

Status etiam et Ordines Regni Hungariae Alberto IV. Austriae Duci Successionem in solio pollicentur. 21. Septembr. 1402. *a*)

Nos Prelati Barones Nobiles Proceres ac Ciuitates Regni Hungarie vniversi Recognoscimus et notum facimus publice per presentes, quibus expedit vniversis nunc et in futurum pro nobismet ipsis, nostrisque heredibus et successoribus Quemadmodum Illustrissimus princeps dominus noster graciosus, Dominus Sigismundus dei gracia Rex Hungarie etc. *de nostris, scitu, consensu, consilio, et voluntate,* iam

---

(*) Exstat Autographum etiam idiomate germanico.

a) Pariter ex Apographo Autographi Manuscript. Comite-Szétsényianorum.

iam dictum suum Regnum Hungarie cum omnibus et singulis Regnis, Principatibus, Ducatibus, Prouincijs, Comitatibus, dominijs, Castris, Ciuitatibus, Homagijs, hominibus, et bonis, Nec non cum omnibus suis juribus, proventibus, honoribus, libertatibus, dignitatibus ac consuetudinibus, nullo penitus excepto, donacione pura, libera, et irreuocabili donauit, appropriauit, ac dedit Illustri principi domino duci Alberto duci Austrie etc. *Tali condicione adiecta, Quod si eundem dominum nostrum Sigismundum, ante prefatum dominum ducem Albertum decedere contingeret, absque filijs legittimis, masculini sexus*, quod Deus avertat, Extunc illud idem Regnum Hungarie cum omnibis suis pertinencijs, prout prius est expressum, *ad eundem dominum ducem Albertum jure hereditario* libere deuoluatur, prout in quadam littera, per dominum nostrum Regem desuper confecta, et eidem domino Duci data et concessa, clarius continetur, Quodque eidem domino duci Alberto promisimus ac promittimus scienter ac spontanee presencium per tenorem, bona fide, non vi neque metu ac juramento prestito, tactis manibus nostris corporaliter sacrosanctis Ewangelij scripturis, *Quod si in futurum contingeret prefatum dominum nostrum Regem Hungarie ante nominatum dominum ducem Albertum, absque legittimis filijs masculini sexus decedere, quod tunc eundem Dominum Albertum Ducem, et non alium in nostrum Regem Hungarie recipere, ac coronare volumus et debemus*, contradictione, dolo et fraude quibuslibet postergatis. Non obstantibus litteris, promissionibus, et

obli-

obligacionibus, quas aliqui ex nobis Domino Jodoco Marchioni Moravie super donacione predicti Regni Hungarie, de mandato eiusdem domini nostri Regis pridem dederunt ac fecerunt. Nam Idem dominus noster Rex, nos, ab eisdem litteris et promissionibus tam viuauoce, quam litteris suis absoluit, et pronunciavit absolutos. Ymo ipsam donacionem Idem Marchio ex certis et racionabilibus causis et excessibus, quibus, contra eundem Dominum nostrum Regem deliquit, que cause et excessus, in aliis litteris eiusdem Domini nostri Regis, specifice et clarius denotantur et exprimuntur, a se abdicauit, et se ipsum ad idem Regnum Hungarie possidendum, inhabilem reddidit et exortem. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri jussimus, sigillorum nostrorum appensione roboratas. Datum Posonii in festo beati Mathei apostoli et Ewangeliste. Anno domini Millesimo Quadringentesimo secundo.

Centum et duodecim sigilla appensa.

VI.

Litterae Sigismundi Imp. et Regis Hung. de successione filiae Elisabethae, generique Alberti V. Austriae Ducis, ad casum, quo ipse solatio filii destitueretur, id disponentis: ut si eidem plures adhuc filiae nascerentur, Elisabetha alterutrum e Regnis Hungariae, aut Bohemiae cum Moravia ante obitum patris assignatum acciperet, vel si mors praeveniret, ipsa, quod vellet, eligeret; — si vero praeter Elisabetham alia filia non superesset, illa utrumque Regnum obtineat. *a*)

Wir Sigmund von gotes gnaden Romischer Kunig zu allen czeiten Merer des Reichs, vnd zu Vngern, zu Behem, Dalmacien, Croacien etc. Kunig. Bekennen vnd tun kunt offenlich mit disem brieff, Allen den, die In sehen, oder horen lesen, wan Wir angesehen, vnd innycleich betracht haben, soliche liebe gunst, vnd freuntschafft, die vnsere vorderen, nemlich der Allerdurchluchtigste furst, vnd herre, her Karl der Vierde, Römischer Keyser, zu allen czeiten merer des Reichs, vnd

a) Ex Apographo Autographi Manuscript. Comite - Szétsényianorum.

vnd Kunig zu Behem vnser lieber herre vnd Vatter, seliger gedechtnusse, zu dem hawse, vnd den fursten, herczogen zu Oesterreich gehabt haben, vnd des geleichen wir auch denselben stüffeln nachfolgend gemerket haben, grosse dienst Willickeit, vnd früntschafft, die vns der hochgeborn Albrecht herczog zu Oesterreich etc. vnser lieber Sun, vnd furst, kostlich, vnd redleich beweyset hat, vnd furbaß beweisen mag, vnd wann wir soliche grosse lieb, vnd trewe, zu dem vorgenanten Albrechten gewunnen haben, das wir Im gancz mit aller freuntschaft geneyget seyn, vnd Im vmb des willen, die durchluchtigiste Junckfrawen Elizabeth vnser eynige Tochter zu rechter erlichen Gemahel vertrawet, vnd gegeben haben, vnd wann die vorgenante Elizabeth, noch aller vnser kunigreich, furstentume vnd herschefte, rechte geerbe, vnd nachfolgerynne ist, vnd nicht gern sehen, noch williclich dortzu komen lassen wolden, das Sy an Irem erbteil nach vnserm tode, ey nicherley hyndernüß haben solte. Dorumb mit wollbedachtem mute, redlicher vorbetrachtung, gutem Rate vnserr fursten, Landherren, Edeln, vnd getrewen, vnd rechter wissen, versorgen wir die egenante Elizabeth vnser liebe Tochter mit Irem Erbteil vnd veterlichen anfall, als hiernach begriffen ist. Were es sache das wir nu furbaß nicht leibes erben gewünnen, die Sun weren, do got für sey, vnd mer Tochter hetten vnd gewünnen, So sollen wir die vorgenante vnser liebe Tochter, vnd hertzog Albrechts Gemahel bey vnsern lebendigen czeiten versorgen, weliches Kunigreich, das Kunigreich zu Vngern, oder das Kunigreich zu Behem mit der

Marg=

Marggrafſchafft zu Merhern, vnd allen andern furſtentumen, Landen, Lewten, vnd zugehorungen, Sy nach vnſerm tode haben, vnd beſitzen ſollen. Were aber das wir ſoliche verſorgung verczügen, vnd des in eynicherley weyſe nicht teten, vnd mit dem tode, do got fur ſey, furkomen wurden, So geben wir der vorgenanten vnſer lieber Tochter in craft ditz brieues volle macht vnd gewalt, das Sy ſelbs die wale habe, weliches Kunigreich vnder den czweyn, das Kunigreich zu Vngern, oder das Kunigreich zu Behem mitſampt der Marggrafſchaft zu Merhern, mit allen andern zugehorungen, Sy fur Jren erbteil haben wolle, das Sy das kyeze, vnd welichs Kunigreich Sy alſo kyezen, vnd wellen wurde, des ſol Sy gantz mechtig ſeyn, vnd es ſol Jr auch erblich, vnd mit aller zugehorung volkomenlich nachfolgen vnd vndertenig ſeyn, vnd zn Jrem gebiete ſteen, als ob wir Jr das ſelbs ausgeweiſet, vnd zueygent hetten. Wer aber das wir keyn Tochter mer gewunnen noch hetten, ſo ſollen beyde Kunigreich zu Vngern vnd Behem, vnd die Marggrafſchaft zu Merhern mit allen andern vnſern furſtentumen Landen, vnd Lewten, an die egenante vnſer Tochter Elizabeth, vnd Jres leibs erben komen, vnd gefallen, mit allen Jren zugehörungen, ausgenomen, was wjr Hertzog Albrechten, vor verſchriben haben, oder noch verſchriben würden. Vnd wir gebieten darumb allen derſelben vnſerr Kunigreich zu Vngern vnd zu Behem, vnd der Marggrafſchaft zu Merhern, vnd aller anderre, vnſerr fürſtentumen, lan=

lande, vnd lewte, fursten prelaten, Herren, Rittern, knechtee, Burgermeistern, Reten, Richtern, aller Stete vnd Gemeynden, vnsern lieben getrewen, das Sy disem vnserm brieue nachgeen, alle trewe vnd ere, ob es dortzu komet, der vorgenanten vnser lieber Tochter beweysen, vnd Jr auch alle gehorsam seyn sollen, als Jrem rechter Erben, vnd tun dorynn nicht anders bey Verliesung trewen, vnd eren. Mit vrkund ditz briefs, versigelt mit vnserr kuniglicher Majestat Insigel. Geben zu Prespurg Nach Crists geburt Vierczehen hundert Jar, vnd darnach in dem Eyn und czweinczigisten Jahre, Am nechsten Suntag vor sanct Michelstag, vnserr Reiche des Vngrischen etc. in dem fünf und drissigisten des Romischen in dem Czweilften vnd des Behemischen Im andern Jaren.

Ad mandatum domini Regis domino G. Episcopo Patauiensi Cancellario referente Franciscus prepositus Strigoniensis L. S.

VII.

Recensio jurium et postulatorum Elisabethae Alberti Imp. et Reg. Viduae, ad Fridericum III. Imperatorem in Comitiis Statuum Austriacorum presentem directa. *a*)

Vermerkcht vnser gnedigen Frawen der Kunigin von Vngern fürbringen vnd begeren, das sy selbs geredt vnd getan hat an vnsern gnedigisten Herren Kunig Fridreichn in gegenwurtikait des Ertzbischofs von Trier vnd der andern Kurfürsten rete vnd aller Lanntschafft, die datzemalen in der samung zu dem Tag hie warn.

Lieber Vetter ich küm aber zu ew von mein selbs vnd meins Suns notdurft wegen, darumb ich nu lang zeit nach grossen vnstaten, hie gelegen pin, vnd hab ew selber gepeten, vnd ermont, auch an die Lanntschaft gemainclich nu zu zwain maln begert, das si ew ermonen vnd pitten solde, von meinen, vnd meines Suns wegen, vmb ein furderliche antwurtt vnd aufftrag ze tun vber die stukch, darumb ich vnd die behemyschen Herren herkomen sein, vnd die ich ew vnd ewern reten erczelt vnd zu erchennen geben hab, wann sicher solich vercziehen, so ich hie tun, vnd mir khain

a) Ex Analectis Monumentorum omnis aevi Vindobonensibus opera Adami Franc. Kollarii, Vindobonae anno 1762. editis, Tom. 2. pag. 915. —

khain antwurtt noch fürdrung nicht geschieht, meinem Sun vnd mir, zu widerpringenlichen schaden kümdt an lannden vnd lewten, lieber Vetter wiewol ir mich insunderhait nu menignemal vertrost habt, das ihr mir vnd meinem Sun helffen vnd raten woldet, vnd ob ihr solche vertröstung nicht tan hiett, so seit ir meinem Sun als ewrm frewnde vnd mir mitsambt meinem Sun scherms suldig als ain Römischer Künig, dem witiben vnd waisen am hochsten empholichen sind, vnd von ambts wegen gepürnt zu beschirmen, seind nu Got soliche ere vnd wirde, an ew gelegt, vnd die verhengt hat, so getrau ich ew mein lieber Vetter, ir wollet meins Suns, vnd mein schaden die vns wider Got, ere, vnd recht getan werden, helffen vndersteen, vnd vnser nützists vnd pests betrachten, vnd sunderlich soliche fürdrung tun, als ich ew, yeczund aber vor aller Lanntschaft wil pitten vnd erzelln, lieber Vetter also pitt ich ew des ersten, das ir meinen Sun vnd mein Töchter, auch die heilig Kron von Vngern lasset pringen her in das Lannd gen Österreich, an ain soliche fügliche stat, die an den meins Suns kunigreichen vnd lannden gelegen, vnd nahent sey, vmb ain solichs, ob sich gepürn wurde, das mir des not bescheh, zu meins Suns vnd seiner Lannd notdurft, das mir das dann, nach sein selbs, seiner Lannd vnd meiner notdurft, an widerred geantwurtt werde, als ir ew des gegen mir habt verschriben. Auch ob ir in des reichs lannden oder andern ennden ausserhalb des lannds sein wurdet, oder da Got lanng vor sey, mit tod verschiedet, das ich dann also bewart, vnd versicher sey, damit mir das geantwurtt, vnd zugewalt gelassen, vnd gegeben werd, an alle irrung vnd waigrung,

wann

wann ich des beger, vnd das eruorder, als ir mir das zu der Rewnstat selber vnd auch durch mein Oheim von Schawnberg vnd ewrn Hofmaister Herrn Conraten von Krey habt geredt, vnd zusagen lassen, solichs zu bestelln, damit ich versichert werden solle, das die zu meinen handen vnd nyemand anderm zu gewalt gelassen werden, noch komen mügen. Lieber Vetter ich pitt ew auch, ir wellet mit sambt mir zu dem Tag hinab gen Haimburg kömen, vnd dem gegenwurtigen den Herrn von Trier mit der andern Kurfursten Reten, auch die behemyschen Herren vnd die lanndleut des Landes, was der yetz hie sind, ew vnd mir hinab begern vnd schaffen zu kömen, wann ir wol wissen vnd versteen mügt, das mir nicht zimlich noch fugsam were, solich groß sachen ze handeln, vnd zu bereden, mit solichen vnd durch die allein, die mir vnd mein Sun widerwertig vnd veind sind, lieber Vetter ich sech auch zemal gern, das die sachen, die mich vnd mein Sun vnd seine lannd vnd leut so gar merklich vnd verderblich antreffend nach ewrem vnd der andern Herrn vnd lanndleut rate, die ich yetzund mit ew zu dem Tag beger, gehandelt, vnd beredt wurden, auch so pitt ich ew lieber Vetter, darumb, sunderlich destuaster, das ir mit sambt der lantschafft wellet helffen vnd raten, damit mein Sun vnd ich wider Got, er, vnd recht von vnsern rechten vetterlichen reichen, herschafften vnd gütern, also nicht gedrungen, vnd vertriben werden, wan ir mir durch mein Ohem Grafen Johannsen von Schaunberg, vnd durch ewrn Hofmaister von Krey auch nachmaln durch Graf Sigmunden von Krabaten, habet lassen zusagen, ir wellet ew in den sachen gern müen mit ewere Potschaft vnd sust nach ewerm vermügen,

vnd

vnd ob ir mit Potschaften oder sust mit worten die sachen nicht mocht zu gut gepringen, so wolt ir mich vnd meinen Sun fürbaß nicht lassen, sunder dann ernstlichen helffen mit leib vnd gut, damit wir bey Vetterlichen erb gehalten wurden. Lieber Vetter nu zweifl ich daran nicht, solt ir ew nur mit worten vnd hotscheften rechtt vnd ernstlich müen in den sachen, es küm an ander müe allesaimbt zu gutem ennde, davon so getrau ich ew, ir wellet zu dem Tag mit mir kömen, in maß als ich ew des yetzt pitt, vnd vor gepeten hab, lieber Vetter, ich pitt ew auch zemal vleissigclich, das ihr mein frewnd Laßla Van seiner tenkchnuß wellet ledig schaffen, vnd secht in dem ewrn Vettern meinn Sun an, als ainn waisen vnd mich als ain elende wittiben, dem sein tenkchnuß zu grossem vnd merklichen schaden komen ist, vnd wirdet er nicht kürczlich ledig, so ersteet mir vnd meine Sun verderblich vnd vnwiderpringlich scheden, wirdet aber derselb Laßla durch mich und meinen vleis, oder vmb meiner pet willen ledig, so hoff ich meins Suns vnd mein sachen werden noch gar einen guten stannde gewinnen, lieber Vetter dauon so wellet ew hilfflich, frewntlich vnd fürderlich in dem erczaigen, als ich des gute hoffnung zu ew hab, nachdem vnd ir mich gütlich vertröst habt, das derselb Laßla mein ye sull genießen zu erledigung der tenkchnüß, lieber Vetter ir sullet auch wissen, das der von Polan des Laßla Van gsloß zemaist hat in seinen handen, vnd besorglich nur vir oder fünf Sloß die dem Laßla Van noch warttund sind, auch in kurtz verlorn müssen werden, so hat er nichtz mer an gut, was wolt ir dan mit dem körper ausrichten, lieber Vetter dauon lasset in ledig werden, wan ich wil ew

dafür sein, das er allen den schaden noch widerlegen sol, der dem lannd vnd den lewten in Osterreich von seinen wegen beschehen ist, der doch meinn Sun am maisten berürt, vnd nyemant andern. Lieber Vetter nu pitt ich ew in sunderlicher lieb, ir wellet ansehen vnd merkchen die blosse wissentlich vnd beweislich gerechtigkait, die mein Sun vnd auch ich haben, zu dem Kunigreich zu Hungern, vnd vns auch des geniessen lassen vmb sachen willen, die ich ew ainfaltigclich will erczelln: des ersten darumb als vnser lieber herr vnd Vatter kaiser Sigmund seliger gedechtnus zu einem Romischen Künig erwelt ward, da verschriben im die Herren geistlich vnd weltlich in Vngern die maynung, ob er nicht mer erben gewunne, vnd liesse, nach seim abgehen mit tod, dann mich ainige sein Tochter, so wolten sie mich als erben haben, vnd zu dem kunigreich lassen angeen geweltigclich vnd einen Herrn mit mir erwelln. Nachmaln als vnser liebster herr vnd gmahl Kunigk Albrecht, dem Got barmherczig vnd gnedig sey, vnd ich zu dem reich Hungern erwelt vnd gekrönt ware, da gab mir derselb mein herr vnd gemahl solich brief vnd vrchund mit wissen vnd willen auch noch rate der Prelaten vnd Lanndherren zu Hungern vnd mit iren insigln, ob das wurde, das er abgieng mit tod, ee dann ich, das die hungrischen Herren geistlich vnd weltlich, mich vnd mein erben, als rechte erbliche Herrschaft

schaft zu Herren vnd Erben des kunigreichs zu Hungern aufnemen vnd halten solten, darnach aber zu Pfingsten yetz zwai jar vergangen, habent dieselben Herren geistlich vnd weltlich zu Hungern, dieselb verschreibung zum anderumal vernewt, mit irn aiden, briefen vnd sigeln also begriffen, das si mich vnd mein erben Sun vnd Töchter, was ich der gewinne, zu rechten Erbherren vnd Erben des kunigrejchs zu Hungern haben, vnd halten sullen, desgleichen aber die maisten vnd peßten Herren in dem Land zu Hungern dieselb verschreibung vernewt vnd bestett haben, da ich wittib ward, vnd ee ich meins Suns genesen was. Nachmals als der allmechtig Got meinen Sun lebunden auf die erd beschuf, vnd sein Geburd laut kundig was, vnd da ich es den Herren, hie gen Polan gesand waren, verkündt hett, darauf ward der von Polan von ettlichen Landherren, die nicht die namhaftigisten vnd die peßten sind, zu Kunig erwelt in Vngern, vnd nachdem als mein Sun gekrönt was, da ward dem von Polan die stat zu Ofen vbergeben, wiewol im vnd ander menigclichen ain gekrönt rechter Erbherr in dem künigkreich zu Vngern was, wissentlich worden, nochdem so ließ auch sich derselb von Polan mit ainer vnrechten todten krone darnach krönen wider Got, er, vnd wider recht, vnd wider alles alts herkömen, vnd löbliche gewonhait des kunigreichs zu Vngern, wan es ist vor nye erhört noch gesagt worden, das ein Kunig zu demselben Kunigk-

reich

reich gekrönt sull vnd mug werden, oder worden sey, mit vnrechter vngewondlicher oder anderr, dann mit der rechtten heiligen Krone, als das in allen Caroniken des Kunigkreichs geschriben erfunden wirdet, lieber Vetter ains wird ich reden, bitt ich ew, ir wellet mir des nicht in arig vermerkchen, wiewol der von Polan ettwas ewr frewnt ist, vmb ein solichs, das ich ew, als ainen cristenlichen Fürsten in aller lieb ermon, vnd pitt, ir wellet meinen Sun ewern Vettern vnd mich des lassen geniessen, das wir ains lauttern Cristenlichen stambs sein, von allen vnsern vorudern, aus den auch so uil Kaiser vnd Künig nicht erkorn wern, solten si nicht lautter Cristen aus allem ursprung sein gewesen, auch des besunder wellet gedenkchen, das ich mein Herr vnd liebster gemahl Kunig Albrecht, dem Got gnad, allczeit strenglich vnd vast nach allem vermügen vnd gemüt gestritten hat vmb der heiligen cristenhait vnd des cristen glaubens willen, darumb er in all sein wird, vnd eer, was er der hette erhebt vnd komen ist, vnd nach im, das Haus zu Osterreich durch solich sein verdienen. Dawider aber der Kunig von Polan ains haidnischen vnglaubigen stambs, nicht durch Gots vnd des heiligen cristen glaubens willen bekert, sunder vmb das Lannd zu Polan, als ain cristen worden ist, vnd sich doch allzeit mit hilff der haiden vnd der vnglaubigen wider die cristenhait hat gesterkt, vnd gehalten, als sich das an den heiligen vnserr lieber Frawn, der dewtschen Herren orden zu Preissen beweiset, so ist auch wissentlich, das der von Polan ewrs vater bruder Herczog Wilhalm selign vnd dem Haus zu Osterr. vncristenliche grosse smech vnd scham zugeczogen vnd beweist hat, da

er sein weib nam, vnd in aus dem lannd vertraib, vnd das ist meinem Herren vnd Gmahel seligen albeg zu herczen gegangen, vnd laid gewesen, also das er des nye vergessen, vnd sich mit dem von Polan nicht frewndten wolt, noch mochtt, mit chainer seiner Töchter, als das den Herren, die sein ret gewesen, vnd noch im leben sind, lautter kund vnd wissentlich ist, es habent auch die von Polan die Türgken in das Lannd zu Vngern pracht, vnd sich mit im wellen frewndten bey meines Herren vnd Gemahels Kunig Albrechts seligen lebttegen, da er zu Prag was, vnd der ain von Polan gedenkt noch ye vnd ye sich mit dem Türgken zu frewndten wider die cristenhait vnd meins Suns gerechtigkait. Lieber Vetter ich mag auch nu nicht lenger hie geligen, wan ich han den Vngrischen vnd Polanischen Herren, die zu dem Tag herauf komen sind, gewislich lassen zusagen, ich well an dem dritten Tag von hewt bey in sein an lenger zug. Dauon so pitt ich ew zemal vleissigclich, ir wellet mir yetz in gegenwürtigkait der Herren von Trier vor andern Kurfursten von Pehem vnd Lanndleuten ain enntliche antwurtt vnd gute austrag tun, vnd lasset mein Sun solichs geniessen, als ich vor erczelt hab, vnd auch des, das er ewr gesibter frewnd ist, vnd mich des nicht entgelten, das ich gern an im getan hett, vnd noch tun wolt als ain muter an irm kind, sol vnd mag auch ansehen, das ich mein hochsts vertrauen zu ew hab, das sich das wol beweist an dem, das ich meiner kinder, der heiligen Krone, vnd alles des, so mir am liebsten ist, vertraut hab, vnd noch hinfür vertrauen wil, für menigclich, vnd nicht wolt, das ich des nicht getan hett, das will ich auch nach

allem

allem vermügen vmb ew verdienn, doch so ist laider mein vermügen darczu nicht geschickt, das ich ew mit ichte hie in zeitlichen dingen gedienn künne, aber gen Got, so wil ich das gern mit meim gepet für ew ze tun verdienn alsuerr seiner barmherczigkait, das von mir geuellig vnd genem ist, lieber Vetter, wolt oder wurdet ir mir aber nicht ain soliche furderliche frewntliche gute ausstrag vnd antwurtt tun, des ich nicht hoff, nach solichem meinem höchsten vertrauen vnd ermonen, so pitt ich ew, ir wellet meine erczelte wort pas versteen vnd aufnemen, dann ich die hab können reden, vnd wellet der auch nicht vergessen, desgleichen hab ich die Herren deutsch Behem, vnd Lanndleut, was der hie gegenwurttig sind, auch all gepeten, wann solt sich daraus begeben, das ich ichts tun müste, das dem Haus Osterreich widerwertig wer, das ich doch nymer gern tun wolt, sunder alsuerr mich grosse erhafte not darczu becwingen wurde, die dann nicht grosser sein mochtt, wann zwischen zwain pösen, wil ich das klainer pös für mich nemen, ich getrau aber Got dem Herren, sein almechtigkeit verleih mir chraft, das kain not so groß ymmer sey, die mich becwingen müge, das ich wider meinen Sun vnd wider mein selbs gelimphen in ichte tun werde.

Des Römischen Kunigs begern was, vmb ain schrifft solicher erzelung, wan die wer lang vnd merklich. Dawider die Künigin sprach, mit dem wurd ich nicht länger geharren, der stukch sind nur drew die ich pitt, das erst von wegen meines Suns meiner Tochtter vnd der heiligen Kron, das ander von des Tags wegen mit mir gen Hamburg zu komen, das

dritt von des Laßla Ban wegen, die andern wort hab ich nur geredt, auf ein solichs, das ich meinn Vettern mit warhaft inpilldung zu eruollung meiner beger vnd pete bringen müge, also das an denselben worten, anderr not nicht leit, dauon so pitt ich ain furderliche austrag vnd antwurtt. Darauf verwilligt sich der Romisch Kunig antwurtt ze tun angeeunds vnd belaib ain zeit in dem rat, vnd kam wider vnd begeret, das die Kunigin nur vber nacht verczug: die sach wer merklich vnd groß, vnd bedörfft wol rats, so wolt er mit dem von Trier vnd andern röten pas daraus reden, vnd ihr darnach des morgens gewislich vor den Behemischen Herren vnd aller Lantschaft antwurtten. Also tet andern tags der Romisch Kunig antwurtt in der Kunigin Herberg genannt Prag noch mittag in gegenwurttigkait des von Trier, der andern Kurfürsten rete, der behemischen Herren vnd aller lanndleüt in Osterreich, die desmals da waren, vnd Conrat von Krey Hofmaister etc. redte also: Genedigiste Frau vnd Kunigin, als ewr kunigliche Gnad merkliche ewrs Suns unsers gnedigen Herren vnd ewr selbs notdurft in gepürlichen worten erczält, vnd an vnsern gnedigisten Herren den Römischen Kunig pracht vnd furderliche austrag vnd antwurtt von seiner frewndschaft begert hat auf drew stukch etc., die wurden erczalt. Auf das erst von des Suns, der Töchter vnd der Kron wegen ain antwurtt, vnser gnedigister Herr der Romisch Kunig hat sich darumb gegen ewr frewntschaft verschriben, dem ist er nachgegangen pisher, vnd wil dem auch hinfür albeg nachgeen, vnd das mag ewr Gnad allen behemischen vnd vngrischen Herren sagen vnd verkünden lassen, das sein kuniglich Gnad seiner

ver=

verschreibung, die ewr freuntschaft von im hat, albeg nachkomen wil, vnd anders nicht: von des Tags wegen gen Haimburg ain antwurtt, als ewr Gnad wol siecht, vnd hört, das vnser gnedigister Herr der Romisch Kunig so merklich bekümert ist, mit grossen geschefften diczs Lannds vnd andern notdürften, dadurch er persondlich mit ewr frewntschaft zu dem Tag nicht mag komen, wie gern er das tet, solten soliche gescheft nicht vorhannden sein, vnd darumb so will er aus sein reten geistlich vnd weltlich darczu schaffen, vnd geben, die mit ewerr frewtschaft zu dem Tag komen, vnd den beuelhen treulich ze raten in allen sachen zu den peßten etc. Von des Laßla Van wegen ward erczalt alle sein vnd der seinen handlung wider sein selbs friedbrief, der in das Lannd gesanndt wider sein gelaitt, das er von dem Römischen Kunig genomen, vnd ander sach darum unser gnedigister Herr der Romisch Kunig pillich, erlich vnd rechtlich nach im gegriffen, vnd in also geuangen hett etc. Darauf bat unser gnedigister Herr der Römische Kunig recht vmb soliche tat zu im ergern, ersuchen, vnd zu erkennen lassen, vnd was sich zu im mit recht begeb, darinn wolt der Romisch Kunig dan gütlich vnd also handeln, das er der Kunigin pet solt geniessen, vnd das auch die Kunigin des ain wissen vnd versteen haben solt, auf soliche vertrostung vnd potschaft, so ir der Römisch Kunig von seinetwegen getan hiet, auf das alles gingen sy baider seitts zu rat, vnd beliben lang czeit bei einander, vnd der von Trier taidingte zwischen in insunder etc. Nachmalen vber ettlich tag kam die Kuniginn widerumb zu der Lanndschaft, vnd erclagt sich aber, wie ir nicht gehalten wurde, von vnserm gnedi-

di-

digisten Herren dem Römischen Kunig, was er sich gegen ir verschriben, vnd mit worten verfangen hiet, vnd wie auch ir gedankch, noch will nye darczu wer komen vnd geuallen, das ir Sun vnd die heilig Kron an die Steirmarch solten gefürt werden, vnd berürte alle ander maynung, als sy vor an die Lantschaft hett pracht, vnd beczeugt aber, ob si wider das Haus zu Osterreich das das grosse not machen wurde, vnd pat die Lantschaft irer wort ingedechtig ze sein, vnd erpermd mit ir in sachen irs kinds als ains rechtten erbherren des landes vnd ains waisen vnd ir selbs als ainer getrewn muter vnd verellendten witiben, vnd ermont die Lantschaft auch an alle lieb vnd trew, die Kunig Albrecht dem Lannd vnd allen Innwonern getan, vnd beweist hett etc. in der peßten form.

VIII.

Status et Ordines Regni Hungariae acta Legatorum in Poloniam missorum, et electionem Wladislai I. confirmant. 29. Junii 1440. *a*)

In nomine domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quum gesta hominum, in hujus labentis vi-

a) E Matth. Dogiel Diplomat. Regni Poloniae Tom. 1. pag. 54. et 55. — Item Katona Hist. Crit. Tom. 13. pag. 70. —

vitae stadio in mortem et oblivionem semper currentia, litterarum munimine soleant futurorum notitiae et memoriae conservari; proinde nos praelati, principes, barones, comites, milites, proceres, clientes, ciues totaque communitas regni Hungariae vniuersaliter singuli et singulariter vniversi tenore praesentium notum facimus, recognoscimus, et fatemur vniversis et singulis tam praesentibus quam futuris, quod serenissimo et bonae memoriae principe D. Alberto, Romanorum et praefati Hungariae regni rege, domino nostro gratiosissimo, tempore noviter transacto, prout diuinae placuit voluntati, viam vniuersae carnis ingresso, considerantes, qualiter per obitum ipsius regnum nostrum praedictum vacaret, et necessario sibi careret gubernatore et defensore; volentesque super hujusmodi casu opportune consulere, de bono et felici statu regni ejusdem prouidere, et periculis, quae ex diuturna vacatione ipsius possent emergere, in tempore obuiare; instituta mox ob eam totius regni in ciuitate Budensi generali conuentione, coepimus exacta diligentia mutuisque deliberationibus et consiliis nostris negocium hoc agere, modosque omnes et vias totis ingeniis nostris examinare, quibus de idoneo et tali rege saepedicto regno potuissemus prospicere et providere, per quem regnum ipsum in statu suo feliciter posset conservari, adaugeri, et contra barbaras et sibi infestissimas nationes protegi et ab ipsorum crebris incursionibus Christi fideles respirare. Tandem post diuturnas deliberationes, postquam varios ad rem hanc habitos tractatus recensuimus, quod priscis temporibus, dum Regna haec

Hun-

Hungariae et Poloniae sibi confinancia et Commetanea, in pace, concordia, et amicitia animorum speciali juncta, colligata et vnita fuerunt, siue regum suorum sanguinis propinguitate, quemadmodum tradunt historiae tempore S. Ladislai Regis fuisse, dominationis idemptitate, quod adhuc nonnulli aetatis nostrae homines diebus colendae memoriae Ludovici Regis memorant audiuisse, qui utriusque regni gubernacula feliciter disponebat, multumque id et per omnem modum vtilitatis, profectus, et augmenti regnis istis attulit, tum ex alternis incolarum suorum accessibus, assiduisque eorundem commerciis singulorum excrescebant commoda, et suffragantibus sibi mutuo regnorum ipsorum contra hostes suos potentiis, laus, honor, gloria, viguit, et respublica ipsorum in vniversum reflorebat. Et ob hoc tali consideratione permoti, post ejusmodi deliberationes nostras, *accedente primum ad hoc illustrissimae principis D. Elisabeth, reginae nostrae, praenominati D. Alberti consortis legitimae, expressa voluntate*, obtulit se prae omnibus aliis mentibus nostris persona excellentissimi principis D. Wladislai D. gr. Poloniae regis moderni, domini nostri gratiosissimi, in quem demum vota omnium, qui in dicta Budinensi et generali regni totius conuentione fuerunt conuenti, conuersa erant, affectantibus omnibus ipsum sibi et dicto regno Hungariae praefici in dominum et regem. Et statim ut potiremur votis ad conficiendum hujusmodi negocium misimus ad praesentiam praenominati D. regis *solemnes ambasiatores et nuncios nostros speciali et sufficienti auctoritate*

et

et mandato tam praefatae D. Elisabeth Reginae, quam nostra et regni totius fultos, et de expressa mente et voluntate ejusdem ac nostra ad plenum instructos, certificatos, et informatos, videlicet R. in C. P. D. Joannem, episcopum Segniensem et magnificos dominos Matkonem de Talowcz, Dalm. Croat. et totius Sclauoniae regnorum banum; Joannem de Peren, M. thauarn. regalium; Ladislaum de Palloucz, curiae regalis magistrum; et Emericum de Marcazly, M. dapifer. regalium et C. Simigiensem; et hi hujuscemodi mandato, cum zelo boni communis regni saepedicti, tum etiam *ad instantiam ante dictae reginae et nostram* suscepto, profecti sunt ad regem praedictum in ciuitate Cracouiensi tunc constitutum; et venientes, exposita primum coram majestate ipsius legatione iniuncta, et demum exactis cum ipso D. rege praelatisque, baronibus, proceribus et nobilibus regni Poloniae compluribus diebus in tractatibus ad rem ejusmodi opportunis negocium ipsum commissum tam sapienter, quam feliciter confecerunt, et praenominatum strenuissimum principem D. Vladislaum in dominum et regem regni Hungariae et nostrum praemissa auctoritate et mandato nomine regni ejusdem nominaverunt et legerunt *expressis et numeratis in ipsa electione omnibus et singulis conditionibus et modis, qui juxta traditam ipsis formam exprimi debuerunt, et signanter illis, per quos secundum voluntatem reginae praetactae et nostram collaudationem et consensum, ipsi reginae et proli, quam tunc in vtero gestabat, ex ea, siue in sexu masculino, siue femi-*

neo

neo generanda , sufficienter exstiterat promissum , omniaque hujusmodi electionis negocia post intimationem de natiuitate filii , per praefatam D. reginam , praefatis nunciis nostris factam , mandato praefatae D. reginae et conclusa , et consummata sunt. Nos itaque praelati, barones, principes, comites proceres regni Hungariae superius memorati, animaduertentes, praenominatos dominos ambasiatores et nuncios nostros electionem praedictam, juxta vim et formam eisdem datam, et desiderium nostrum egisse et perfecisse; eamdem vnanimi voto nostro acceptauimus, gratificauimus, collaudauimus et confirmauimus, et praesentium serie acceptamus, gratificamus, collaudamus, et confirmamus, et saepefatum serenissimum et inclitum principem D. Vladislaum Poloniae Regem in dominum et regem regni Hungariae et nostrum recipimus, assumimus, et profitemur ac recognoscimus; sibique tamquam domino nostro naturali et regi, debitum honorem, obedientiam, venerationem et fidelitatem, quamdiu vixerimus, exhibebimus et faciemus; et contra omnes aemulos suos, et signanter qui serenitatem suam in assequutione regni Hungariae, et dominii praedictorum quomodolibet impedire et perturbare voluerint, omnibus viribus, potentiis, consiliis et auxiliis fideliter adjuuabimus, nec ipsum quandoque, occasione aut quouis quaesito colore vllo vmquam tempore deseremus; *ac coronationem praetensam nuper de mense Maii de dicto filio infante dicti D. Alberti olim regis , praeter ac contra voluntatem nostram factam , inanem et irritam determinamus* tenore

prae-

praesentium mediante ; sed ea non obstante, singula supra scripta, pura fide, irrevocabiliter seruare, et inuiolabiliter tenere sub onere praestiti juramenti, quod super lignum vivificae crucis vniversaliter singuli et singulariter vniversi praestitimus, volumus et promittimus sine omni dolo et fraude, nec his ullo unquam tempore verbo vel facto contravenire. In quorum vim robur, et testimonium sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Datum Budae ipso die SS. Petri et Pauli Apostolorum anno domini milles. quadringentes. quadragesimo.

IX.

Documentum super peracta, Coronatione Wladislai I. in Comitiis conditum. 17. Julii 1440. *a*)

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Amen: Nos Praelati, Barones, Milites, Proceres, et Nobiles totius Regni Hungariae, cum efficacissima facultate Communitatem ejusdem repraesentantes, ad perpetuam rei memoriam. Multum clare cognitum coram Nobis constat obtuitibus praedecessorum Nostrorum consummatis hucusque temporibus, reipubli-

---

a) E Matth. Dogiel Diplomat. Regni Poloniae Tom. 1. pag. 55. et 56. — Item Kovachich Vestig. Comit. p. 235. —

blicae diligentiam, ejusdem utilitatis operosam advertentiam, hoc in Regno fuisse actum solertia, et ex ejusdem directione tam provida, quam utili non parvum, imo maximum in Christiana religione commodum viguisse. Quae etsi plerumque in temporum mutabilitate, ut assolet, nunc impugnationibus diversis, nunc vero aliorum stimulorum injectionibus in se immissae adversitatis Seminarium pertulerit, et fortunae vario ventilabro utcunque agitata fuerit, aegre tamen successit ea, quae semper animorum identitas, et voluntatum recuperata unanimitas, ut haec ipsa, quae visa sunt, interdum ad publicam utilitatem conducere, accuratius ordinari, et disponi; illa vero, quae communis taciturnitatis et dissidii materiam immittere, agnita sunt, providentiae sarculo exstirpari, et evelli sollicitus curabantur. Quo pacto, et nos, qui praesentium temporum die cursum vitalem deducimus, opportune arbitrati sumus, cum pari modo, et per nos mutari operam debere, quatenus res hujus regni, et nostra juxta modernorum qualitatem agendorum, et temporum, sicuti provide sit et salubriter Regi, ac in melius, auctore Domino dirigi propensius cognoscatur.

Siquidem mortuo nuper et de hac vita sublato quondam Illustrissimo bonae memoriae Principe, Domino Alberto Romanorum, et hujus Regni Hungariae immediato, dum generali in civitate Budensi Congregatione celebrata, cognoscentes Regnum hoc, quod plurimórum aemulorum, et praecipue paganorum impugnatur incursibus, idoneo et habili Recto-

ctore carere non posse, *missisque communi voluntate, assensuque Serenissimae Principis, Dominae Elisabeth Reginae Hungariae praefati quondam Domini Alberti Regis relictae, prout hoc ex literis ejus clare constat*, quod etiam omnium nostrorum ad Serenissimum Principem Dominum Wladislaum, Regem Excelsum Poloniae, solemnibus Ambassiatoribus, et Nunciis nostris, eundem tamquam Regem, Curatorem, et Rectorem hujus Regni, communi desiderio electum ad hunc locum primum pro honore Dei, et fidei sanctae catholicae augmento, et demum pro utilitate nostra ad suscipiendam Coronam ejusdem Regni invitassemus, et diligentius instantes induxissemus, *quia tempore intermedio praefata Domina Elisabeth, Regina ex adverso aemulorum, et verius externorum hominum, intestini belli viam potius aperire, quam praecludere cupientium freta Consilio, et praesumtam intentionem removens, satagensque, et volens hoc Regnum, et nos Regimini infantuli dicti quondam Domini Alberti Regis nati Posthumi, hoc est, post obitum in lucem editi, parum nostri, et Regni ejusdem necessitati succurrere potentis, subjicere, ad impediendumque praetactae electionis, et Coronationis, utile opus toto nisu anhelans, sublata clandestine de Castro Vissegrad Corona illa, qua hactenus Reges Hungariae coronari soliti fuere, primum antedictum infantem, vix adhuc trimestrem, praeter omnium Nostrum voluntatem, ad hoc sponte concurrere debentium, atque contra consuetudinem hucusque in simili retentam*, absentibus etiam omnibus

appa-

apparamentis sacris, nec non Gladio, Sceptro, Pomo, et Cruce Legationis Sanctissimi Stephani primi Regis nostri, multo amplius in perniciem, quam utilitatem nostram cum Corona sublata coronari, si sic dignum est, fecit, et procuravit, atque ipsam continuo Coronam, proh dolor! viceversa recludens ad locum hactenus nobis incognitum, in crudele omnium nostrum derogamen transmisit, seu asportavit.

Ob hoc nos nunc altera vice, in multitudine tam copiosa, quantam memoria omnium praecedentium Regum Coronationis tempore non comprehendit, congregati, matura plurium dierum deliberatione habita, ex quo Corona illa supratacta, praevia ratione, ut opus erat, tam facile ex nunc haberi non potuit, volentes et consultius cupientes necessitati nostrae et Regni hujus, cujus pro nunc confinia per insultantium inimicorum, paganorum videlicet, et aliorum morsus asperos continuo lacerantur, opportune praevidere, considerantes etiam potissime, quod semper Regum Coronatio a Regnicolarum voluntate dependet, ac efficacia et virtus Coronae in ipsorum approbatione consistit: videntes nihilominus Regnum hoc idonei Regis festinatione carere non posse, eundem Serenissimum Dominum Wladislaum Regem pari voto, et communi desiderio, alia Corona aurea operis vetusti, Beatissimi Stephani Regis, Apostoli, et Patroni nostri, in theca capitis reliquiarum ejusdem hucusque multa veneratione conservata, instituimus, disposuimus, et decrevimus debere coronari; quam Coronationem

die

die hodierna, invocata suppliciter Spiritus Sancti gratia, et ejusdem, ut pie credimus instinctu, cum peractione publica, et manifesta omnium illarum ceremoniarum, quae ad eandem, et ejus efficaciam, et solemnitatem concurrere debuerunt, induto praefato Domino Rege nostro illis omnibus paramentis, et indumentis Sanctissimi primi Regis nostri, atque oblatis eidem, ac manibus suis traditis, Gladio, Sceptro, Pomo, ac Cruce Legationis ejusdem Sancti Regis, nec non omnibus aliis necessariis absque omni defectu, praeter solam sublatam Coronam praetactam, feliciter confirmavimus, et praeconceptum, auspice Deo, conduximus ad effectum, decernentes, pronuntiantes, et declarantes per haec scripta, ipsam modernam Coronam et Coronationem omnem illam virtutem, et efficaciam, illudque robur per omnia habere, et habituram, ac si praetacta prior Corona capiti Domini nostri Regis fuisset imposita, et per eandem loco modernae, haec ipsa Coronatio fuisset expedita, ita quod ipsa priori Corona absente, et, si eadem recuperari non poterit, omnis deesset efficacia, ac quodlibet signaculum, mysterium, et robur ejusdem in hanc modernam Coronam intelligantur, et harum serie de omnium nostrorum, quorum merita discutere, probareque et improbare interest, voluntate cognoscantur esse transfusa, dantes nihilominus, et pari voluntate, et Decreto tribuentes, praefato Domino nostro nunc coronato Regi plenissimam illam facultatem et potestatis plenitudinem in faciendis gratiis, et donationibus, et confirmationibus perpetuis, et ad tempus collationibus, et locationibus bonorum,

et

et officiolatuum, atque immunitatum Officialibus et Baronibus Regni. Item in disponendis Praelaturis, ac Beneficiis Ecclesiasticis tam majoribus, quam minoribus, ac recompensandis meritis fidelium, quibuslibet quoque infidelibus, et delinquentibus, secundum uniuscujusque demerita puniendum, nec non in faciendis, emendandis, et exercendis judiciis, exercendumque, agendum dirigendum, et concludendum in omnibus his, quae ad Reges Hungariae, suos Praedecessores, et eorum facultatem quomodolibet, consuetudine videlicet, aut (jure) pertinuerunt, ac si idem praefata priori nunc sublata Corona fuisset, ut moris exstitit, coronatus.

Proposuimus tamen, istis sic stantibus, eandem priorem Coronam cum ipso Domino nostro Rege unanimiter toto posse, et omni diligentia, loco cognito conservationis ejusdem exquirere, atque, dante Deo, recuperare; adjicientes communi voluntate, quod in casu, quo eadem Corona prior hujusmodi diligentia nostra, quod Deus avertat recuperari non posset, ex tunc a modo in posterum futuris semper temporibus, universorum Regum Hungariae, huic succedentium coronatio cum praetacta, alia, puta, moderna S. Regis Corona in ea solemnitate, prout solitum est, absque omni immutatione peragatur. Voluimus consequenter, et disposuimus, ut haec ipsa Corona moderna, inclytum nostrorum Regum insigne, sub diligentissima custodia deinceps teneatur, et honorifice relinquatur, reputeturque haec eadem Corona, illa priori absente, et, si eadem recuperari non potuerit, sufficiens, et

cum

cum apparamentis, et aliis attinentiis supratactis per omnia competens, ad omnium futurorum Regum Coronationem faciendam. Hoc tamen specialiter declarato, quod si, Domino cooperante, ipsa prior Corona recuperari vice versa poterit, eadem suis, decore, virtute efficaciaque minime frustrata habeatur. Quin imo decrevimus eandem pristino honori restitui, atque in locum priorem reponi. De hac autem moderna Corona supratacta tandem in illo statu disponetur, prout ante dicto Domino nostro Regi cum consilio nostro utilius videbitur expedire. Ne autem respectu, et divulgatione praetactae aliae Coronationis, si sic dicendum est; nuper per praefatam Dominam Reginam, quoad antelatum infantem, nobis extunc, ut praediximus, invitis factae, et habitae, alicujus discordiae hoc in Regno materia generetur, eandem pari Decreto tamquam, quae praeter omnium nostrorum voluntatem spontaneam peracta est, irritamus, et cassamus, ac nullius volumus esse, et dici efficaciae, et virtutis.

Postremo ut haec omnia praemissa tamquam utilitati nostrae Communi in praesentis necessitatis tempore, per omnia congrua robur obtineant perpetuae firmitatis, ne unquam aliquorum pravis conatibus eadem retractari vel immutari valeant, statuimus, et pari Decreto conclusimus, et promulgavimus, praesentiumque serie promulgamus et decernimus, ut si temporum processu aliquis, vel aliqui Coronae Regni Hungariae subditus, seu subjecti, sive ex Praelatis, sive ex Baronibus, aut militibus seu nobilibus sit vel existat primum praemissae ex

nunc multis rationalibus et causis comprobatae Coronae, et Coronationi demunire aliis dispositionibus, conclusionibus et ordinationibus supra specificatis, seu cuipiam ex iis verbo serioso, aut opere, et facto contraire, vel contradicere, seu immutari, retractari, et in irritum revocari procurare praesumserit, seu attentaverit, tales vel talis mox, postquam de iis, vel aliquo horum contra ipsum, seu ipsos certitudo veritatis constiterit, ii omnium honorum, humanitatisque, et dignitatum ac nobilitatum amissione, ablata omni spe gratiae obtinendae, condemnentur, seu condemnati ipso facto censeantur, quodque ultra haec perpetuae, et indelebilis infidelitatis crimen laesae Majestatis, reipublicaeque turbatoris poenam, et Judicium incurrant, omnesque possessiones, et bona ejusdem, et ipsorum omnium, eis denegata gratia, ad Coronam et Majestatem Regiam devolvantur, et devoluta intelligantur harum nostrarum, quibus sigilla nostra appensa sunt, testimonio litterarum mediante. Datum in Alba Regali XVII. Mensis Julii, hoc est, die Dominico proximo post festum divisionis Apostolorum Anno Domini MCCCCXL.

X.

Convocatoriae Palatini Ladislai de Gara, ceterorumque utriusque Ordinis Optimatum Budae praesentium, ad Comitia, ab obitu Ladislai Posthumi, fine electionis novi Regis, ad Civitatem Cassoviensem dimissae. 1. Decembr. 1457. *a*)

Prudentibus et circumspectis Viris, Judici et Juratis ceterisque Civibus Civitatis Cassoviensis, Amicis nostris dilectis. — Prudentes et circumspecti viri, Amici nostri dilecti! Pridem vobis rescripsimus dolorosam mortem Serenissimi Domini nostri Ladislai Regis, jamque restat, ut *toto studio laboremus pro electione novi Regis, pro cujus electione, una voluntate fienda* instituimus Congregationem Generalem in Civitate Pestiensi, ad festum Circumcisionis Domini proxime venturum, celebrandam, in qua et vestras amicitias adesse desideramus. Quapropter rogamus vos, quatenus ad praescriptum festum Circumcisionis Domini, in praedictam Congregacionem Generalem, pro causa premissa et aliis hujus Regni urgentibus necessitatibus, in medium nostri certos ex vobis idoneos cum pleno mandato ve-

a) Apud Kaprinay in Hungaria Diplomatica Part. 1. pag. 318. ex autographo Tabularii Civitatis Cassoviensis. —

vestro transmittere velitis. Datum Bude secundo die festi Beati Andree Apostoli, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. — Dionysius Cardinalis Archiepiscopus Strigoniens. Ladislaus Agriens. Augustinus Jaurien. Vincentius Vacyen. et Paulus Boznen., Episcopi. Ladislaus de Gara Palatinus Hungar. Nicolaus de Wylak, et Johannes de Rozgon Wajvode Transilvani. Johan de Peren Magister Thavernicorum. Michaël Orzág Magister Curie Regie, Johannes filius Wayvode de Marczali, et Simon Czudar de Olnod, ceterique Prelati et Barones nunc Bude constituti.

XI.

Tabulae pacis et concordiae inter Fridericum III. Imp. et Matthiam Corvinum Regem, Regnumque ipsum Hungariae, conclusae; quemadmodum ab Oratoribus hungaris scripto consignatae, et Friderico Imp. traditae fuerunt. 19. Julii 1463. *a*)

Nos Stephanus dei et Apostolice Sedis gracia Colocencis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopus Locique ejusdem Colocensis Comes Perpetuus Johannes

a) Ex Auctario diplomatico ad Historiam Ursini Velii de Bello Pannonico per Kollarium adjecto, Nr. 1. pag. 204.

nes eadem gracia Episcopus Waradiensis Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsiluanus ac Machouiensis et Regni Sclauonie Banus Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Regie et Emericus de Zapolya Summus Tezaurarius Regius et Capitaneus partium superiorum Regni Hungarie Recognoscimus et Notum facimus tenore presencium vniuersis. Cum alias occasione differenciarum et controuersiarum inter Serenissimum Principem et dominum dominum Fridericum Romanorum Imperatorem semper Augustum Hungarie Dalmacie Croacie etc. Regem, ac Austrie Stirie Karinthie et Carniole etc. ducem, dominum nostrum graciosissimum ex vna, et Inclitum Regnum Hungarie Prelatosque Barones, Nobiles Proceres Incolas et Inhabitatores ejusdem Regni partibus ex altera subortarum et vertencium ad nonnullos Articulos et Capitula pacis et concordie deuentum fuerit, Quod nos Serenissimi Principis et domini domini Mathie, pretacti Regni Hungarie etc. Regis domini nostri graciosissimi Prelatorumque Baronum Nobilium Procerum Incolarum et Inhabitatorum ejusdem Regni, quorum plena et omnimoda auctoritate facultate et potestate ad infrascripta vtimur et fulciti sumus atque nostra ad exhortacionem Sanctissimi domini nostri Pape Pii, medio Reuerendorum patrum domini dominici Episcopi Torcellanensis Apostolice Sedis legati missi cum potestate legati de latere et domini Rudolffi de Rwdeshaim prepositi Frisingensis ac Wormaciensis Ecclesiarum decani Sanctissimi domini nostri Pape Referendarii et Apostolici Oratoris et Nunccii in presenti causa Sanctitatis sue Conmissarii, cum prefato domino nostro Im-

Imperatore ad finalem et vltimatam conclusionem eorundem Articulorum sponte libere bona et sincera voluntate in hunc qui sequitur modum deuenimus. In primis ad finem optate pacis et concordie delibratum et conclusum est. *Quod Serenissimus Princeps et dominus dominus Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex Austrie, Stirie etc. dux et heredes sui, ab eo per rectam lineam descendentes infrascripta Castra et Opida que sua Imperialis sublimitas in metis et limitibus Regni Hungarie constituta, possidet, et in suis manibus per se et alios suo nomine tenet*, videlicet Vorchtenstain et Kobelstorff cum suis pertinenciis, omni Imperio et Jurisdictione possideant et teneant, et illis libere vtantur et gaudeant pacifice et quiete absque Serenissimi principis et domini domini Mathie dicti Regni Hungarie Regis domini nostri graciosissimi ac Heredum et successorum suorum, Prelatorumque Baronum Procerum et Nobilium ejusdem Regni quorumcunque per se aut alios eorum nomine, inquietacione turbacione exaccione grauamine et molestia quibuscunque de Jure et de facto ac cessione Juris eorum presertim qui interesse ad loca prenominata se habere pretendunt, in fauorem quorumcunque quouis quesito colore facta aut fienda Saluis tamen decimis et causis Ecclesiasticis, que in foro suo ventilari et agitari poterunt prout Juris est et racionis. In foro vero seculari in personalibus accionibus et realibus contra et adversus subditos sue Imperialis Majestatis et Castrorum pretactorum quomodolibet motis aut mouendis coram Judicibus per suam Im-

pe-

perialem Majestatem in locis hujusmodi pro tempore deputatis actor Justiciam postulet et requirat, que ad requirentis instanciam expedite administrari debet, Prouiso quod eo ordine ad requisicionem subditorum predicte Majestatis Imperialis et dictorum Castrorum, per Regem pro tempore et ipsum Regnum Hungarie eorumque Officiales procedatur et procedi curetur Et si passagium generale contra Turcos pro defensione fidei et ipsius Regni fieri contigerit, in ea re requisicione previa, a dicto domino Imperatore fienda iidem Subditi maneant inclusi, si tamen, quod in eum casum hujusmodi exaccionum per suam Imperialem Majestatem debita fiat dispositio et aduersus contravenientes, qui quomodolibet, eciam pro suo interesse aliquid attemptarent, contra ea, quae pretacta sunt, ac prefatum dominum Imperatorem et Heredes suos tamquam contra violatores pacis Rex ipse pro tempore et Regnum potenter assistentiam faciant. Adjectum eciam est, et conclusum, quod post obitum dicti domini nostri Imperatoris, Rex pro tempore et Regnum Hungarie facultatem habeant dicta castra Vorchtenstein et Kobelstorff, et eorum redditus Casu, quo Idem Castrum Kobelstorff per dictum dominum nostrum Imperatorem demolitum non fuerit, attento, quod modice estimacionis et ruinosum existit, alias ipsius redditus reluendi ab Heredibus sue Imperialis Majestatis pro Summa Quadraginta Millium florenorum Hungaricalium et ducatorum boni Auri et Justi ponderis, Item quia prefatus dominus noster Imperator bonis et honestis respectibus hucusque titulo et nomine Regio Regni Hungarie usus est, de-

deliberatum est et conclusum, quod eadem sua Majestas Imperialis hujusmodi titulo Regio a prelatis Baronibus Nobilibus Proceribus et aliis Regnicolis Regni Hungarie, inantea libere et quiete in eorum litteris et vbilibet honorata et decorata quoad vixerit remaneat et Rex dicti Regni Hungarie ac aliorum Regnorum eidem Regno coherencium nominari et vocari et eo titulo uti et frui possit et valeat, impedimento, contradiccione et turbacione Regis pro tempore, dominorumque et Inhabitatorum ipsius Regni prorsus amotis. Item ut Respublica et felix sancte Romane Ecclesie christianeque religionis, status augeri et promoveri, eo salubrius et vtilius possit, prefatus dominus noster Gloriosissimus Imperator, Serenissimum Dominum nostrum Mathiam Regem, dominum nostrum graciosissimum pro filio suo adoptiuo habebit, et paterne amplectetur, et impresenciarum in filium recipit et adoptat eique et Regno Amiciciam fauores et promociones paternas inantea faciet, eundemque dominum nostrum Regem Mathiam filium suum nominabit, Et in recognicionem tante clemencie que multis respectibus a sua sublimitate Cesarea eidem Domino nostro Regi Mathie ad honorem et comoda cedet vt digna vicissitudine gratitudinis debite se erga suam Imperialem Majestatem exhibeat, conclusum est, Quod idem dominus noster Rex Mathias, adoptiuus filius sue Serenitatis prefatum dominum Imperatorem exaduerso quoaduixerit, pro patre honorare, reputare, nominare scribere, et tenere debeat Annuendo Quod Idem dominus noster Rex Mathias prefatum dominum nostrum Imperatorem patrem et Regem nominet,

net, honoret, reputet, et eidem patri et Regi Hungarie scribat. Insuper dominum nostrum Regem Mathiam ac Prelatos, Barones, Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores dicti Regni Hungarie, atque Nos, ipsumque Regnum supradictos, vigore mandati nobis traditi obligamus et astringimus per presentes ad seruandam inconcusse perpetuo, cum eodem domino nostro Romanorum Imperatore et Heredibus Terrisque et dominiis suis pacem Inuiolabilem, Ligis et inscripcionibus, incontrarium facientibus non obstantibus quibuscunque Immo sublatis eisdem et consilia auxilia et subsidia sue Imperiali Celsitudini nec non Serenissimo Principi domino Maximiliano sue Imperialis Majestatis filio cunctis in aduersis contra quoscunque tociens quociens fuerit opportunum Sanctissimo domino nostro papa Sede Apostolica et sancta Romana Ecclesia dumtaxat exceptis efficaciter pro posse danda facienda et prosequenda ad sue Majestatis Imperatorie et prefati filii sui requisicionem prefatorum, Regni Hungarie et Regis pro tempore expensis, dum tamen in expedicione generali contra Turcos in hoc non fuerimus prepediti ac irracionabili mora et contradiccione quibusuis in hijs omnino cessantibus, libertatibus dicti Regni in aliis semper saluis. Ob quod Imperatoria Majestas grata vicissitudine fauoribus et promocionibus dictum dominum nostrum Regem Mathiam, et Regni Hungarie bonum statum signanter contra Turcum et infideles christi hostes apud sanctissimum dominum nostrum summum pontificem Sedem Apostolicam Principes Sacri Romani Imperii et alias, vbi opportunum fuerit, sincere promoue-

re,

re, et si, premissis tamen signanter ad causam Castrorum vtsupra ordinatis semper saluis, aliqua parcium siue domini aut eorum subditi vtrimque inter se alter ad alterum querelas aut peticiones quascunque habere pretenderint, illas prout de Jure et non aliter prosequi debebunt, quorum occasione Justicia ad conquerencium requisicionem expedite erit administranda, Item ad finem, quod sincera affectio prefati domini nostri Imperatoris, quam ad dictum Dominum nostrum Mathiam Regem filium sue Imperialis Majestatis et pretactum Regnum Hungarie gerit, amplius ab omnibus cognosci valeat sua Imperialis Celsitudo, Nobis supradictis Stephano Archiepiscopo, Johanni Episcopo, Nicolao Wayuode Comiti Ladislao de Palocz et Emerico Tesaurario Sacram Coronam ipsius Regni Hungarie, sue Majestati per condam Serenissimam dominam Elizabeth Reginam, vnacum Serenissimo olim bone memorie Rege Ladislao ad fideles manus assignatam et hucusque fideliter tentam et custoditam, ne ad alienas manus illam deuenire contingeret, opidumque Soproniense nomine dicti domini nostri Mathie Regis et ipsius Regni Hungarie graciose assignauit, et omnem obligacionem super eodem remisit Item ad majorem solidacionem paterni amoris et in retribucionem clementissime affeccionis ipsius domini nostri Imperatoris, ad dominum nostrum Mathiam Regem et ipsum Regnum Hungarie, Quodque Imperialis Majestas eo prompcior ad ipsius Regni comoda et boni status incrementa accuracius promouenda alliciatur Deliberatum et conclusum est, *Quod vacante Regno Hungarie filiis seu Nepotibus legittimis,*

mis, ex prefati domini nostri Regis Mathie lumbis procreatis non extantibus, sua Imperialis Majestas aut filius sue Cesaree sublimitatis, quem ad hoc deputandum duxerit et post sue Serenitatis decessum filius ejusdem sue Majestatis quem reliquerit, aut si plures fuerint relicti, alter ex istis quem Regnum ipsum preelegerit in Regem ipsi Regno Hungarie preficiatur cum plena ejusdem Regni administracione Item si vt prefertur prefatum Regnum Hungarie vacauerit prouideri debet per Prelatos Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores ejusdem Regni, quod Imperialis Majestas aut filius ejus vt premittitur consilio et potenti auxilio ejusdem Regni Hungarie vt moris est coronetur et in administracione plena Regni in pace recognoscatur, et efficaciter pro Rege teneatur, Item concordatum et conclusum est Quod omnes Iniurie differencie dissensiones impeticiones quecunque et acciones inter partes ipsas eciam occasione felicis reminiscencie Regis Ladislai ac alias quomodolibet suborte et partibus ipsis ex quacunque causa competentes quoad se et heredes ac successores eorum penitus remisse et extincte esse debent, omnisque indignacio et displicencie quas prefati Serenissimi principes dominus Fridericus Imperator et dominus Mathias Reges contra quoscunque Prelatos, Barones Proceres Nobiles Incolas et Inhabitatores dicti Regni ac alios Ecclesiasticos et seculares racione adhesionis ipsis dominis vtrimque hincinde factis concepte in futurum minime ulciscantur neque via facti neque Juris sed similiter remisse et extincte esse debent Pollicentes promittentes et obligantes Nos sub ho-

honore nostro et fide christiana acturos facturos, et cooperaturos realiter et cum effectu quod Idem dominus noster Rex Mathias ac Prelati Barones Proceres et Nobiles eiusdem Regni Hungarie atque Nos, omnia et singula premissa, per ipsos et Nos agenda et facienda ante Coronacionem dicti domini nostri Regis Mathie quantocius et post huiusmodi Coronacionem infra duos menses eandem Coronacionem inmediate sequentes, Sigillis et litteris pociorum dicti Regni Hungarie atque nostris autenticis firmabimus, roborabimus, atque renouabimus, prosequemurque implebimus et faciemus et rata et firma habebimus firmabunt roborabunt atque renovabunt prosequenturque implebunt et facient ac rata et firma habebunt Confirmacionesque opportunas super premissis nunc a prefato Sanctissimi domini nostri pape in hac causa Conmissario et nichilominus expost eciam a sanctitate sua et sede Apostolica ex certa sciencia petemus ac petent, et eisdem stabimus atque parebimus stabuntque et parebunt, Dolo et fraude in hiis omnibus cessantibus quibuscunque. In cujus rei testimonium, Nos Stephanus Colocensis et Bachiensis Ecclesiarum Archiepiscopus, Locique ejusdem Colocensis Comes perpetuus Johennes Episcopus Waradiensis Nicolaus de Wylak Wayuoda Transsilvanus ac Machouiensis et Regni Sclauonie Banus Comes Ladislaus de Palocz Judex Curie Regie, et Emericus de Zapolya Summus Tezaurarius Regius et Capitaneus partium superiorum Regni Hungarie prefati, Sigilla nostra presentibus fecimus appendi Datum Sopronii Feria tercia proxima ante festum Beate Mariemagdalene Anno domini Millesimo

qua-

quadringentesimo Sexagesimo Tercio. (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

XII.

Convocatoriae, quibus Regina Beatrix, Matthiae Corvini Regis Vidua, Bartphenses ad Diaetam pro eligendo novo Rege venire jubet. 1490. *a*)

Beatrix, Dei Gratia Regina Hungariae, etc. Prudentes et circumspecti fideles amicique nostri dilecti. Tametsi obitum serenissimi, ac Gloriosissimi Domini nostri Regis, felicis memoriae vos jam audivisse non dubitamus, tamen visum nobis exstitit, ut nos quoque de hoc vos certiores faciamus. Sciatis itaque, quod sua Majestas feria tertia proxima post Dominicam palmarum debitum Carnis, quod certe dolenter, et cum lacrymis referimus, Viennae persolvit. Ne igitur Regnum hoc Principe orbatum aliquod incommodum aut detrimentum patiatur, nihil salubrius, *nihil etiam magis necessarium esse hoc tempore existimavimus, quam de novo Rege, et Principe quamprimum providere*, pro cujus electione diaetam quandam Generalem a dato prae-

a) E Carol. Vagner Diplomat. Sáros. pag. 133. —

praesentium computando ad unum integrum mensem in campo Pesthiensi vulgariter Rakos vocato, vel ubi tunc Dominis Praelatis, et Baronibus, caeterisque Regnicolis visum fuerit, de vetusto Regni more celebrandam instituimus. Cum itaque vos pars et membra ejusdem Regni sitis, magni interest, ut et vos in ea ipsa electione per medium certorum ex vobis adsitis, et ad id vota quoque vestra concurant, proinde vos rogamus, hortamur, et requirimus, ut ad hujusmodi electionem ipsius novi Domini, et Regis ad tempus praefixum, semota omni excusatione tres, aut quatuor de medio vestri cum plena vestra facultate, et auctoritate mittatis, ut isthic pari voluntate, et unanimi voto novum Regem, novum item Dominum, et Principem eligamus. Datum in Komarom Sabbato proximo ante Dominicam Quasimodo anno Domini 1490. — Praelati et Barones Regni ejusdem apud eandem constituti.

XIII.

XIII.

Tabulae Concordiae inter Fridericum III. Imperatorem, et Maximilianum Romanorum Regem ab una; dein Wladislaum II. Hungariae Regem, ipsumque Regnum Hungariae sancitae Posonii 7. Novembr. 1491. prouti per Wladislaum Budae 6. Decembr. e. a. confirmatae sunt. *a)*

Nos Wladislaus dei gracia Hungariae Bohemie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque, Rex, nec non Slesie et Lucemburgensis Dux, Marchioque Moravie et Lusacie etc., Recognoscimus et tenore presentium notum facimus Vniuersis, Cum nos, qui pacis et concordie cupidi semper sumus, et illam cum omnibus Principibus christianis, quantum in nobis est, habere et tenere, viresque et facultates nostras pro bono communi et salute Reipublice christiane, in hostes potius fidei, sanguinem christianum, et perniciem religionis Katholice sine fine sicientes, quam in Christianos ipsos conuertere et expendere semper optamus In causa Guerrarum et dissensionum earum, que inter Serenissimos Principes, dominos Fride-

a) Ex Auctario diplom. ad Ursinum Velium Nro. 10. pag. 238. et resp. Nro. 12. pag. 262. —

dericum Imperatorem, et Maximilianum Regem Romanorum semper Augustos, ac Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. similiter Reges, nec non serenissimum Principem condam Dominum Mathiam similiter Hungariae et Bohemie Regem etc., predecessorem nostrum clare memorie, et tandem inter nos suscitatarum infranominatos Oratores et Nuncios nostros speciales, cum plena et omnimoda nostra et ejusdem Regni nostri Hungarie facultate, ad conueniendum et tractandum similiter cum infrascriptis Oratoribus et Nunciis specialibus prefatarum Imperialis et Regie Romanorum Majestatum, his diebus superioribus deputassemus, et hii ex vtraque parte, in Ciuitate nostra Posoniensi, fraterne et amicabiliter conuenissent, pluribus prius ac notabilibus inter se habitis tractatibus, Postremo, bono (vt non dubitamus) assistente spiritu, in infrascriptos Articulos pacis et concordie, cum bona ac matura deliberacione deuenerunt, illosque pari et vnanimi voluntate et consensu, in virtute Mandatorum, que vtrinque habebant, pro utriusque partis commodo et quiete, proque tocius Reipublice christiane consolacione et tranquilitate, ac bono communi, concluserunt, litterisque ac sigillis eorum, in hunc qui sequitur modum firmauerunt:

Nos Thomas Episcopus Ecclesie Jauriensis etc. Regius Cancellarius in Hungaria, Comes Stephanus de Bathor, Judex Curie Regie, et Wayuoda Transsiluanus, Johannes Schellenberg, Regni Bohemie Cancellarius, Ladislaus Orzag de Roth, Agazonum, Alter Ladislaus de Rozgon Cubiculariorum Regiorum

Ma-

Magistri, Benessius Waithmüllner, Burggrauius in Karlstein et Magister Monetarum in montibus Kuthnis, Wilhelmus Pamkircher de Zalonok, et Johannes de Rwpow Magister Curie Regni Bohemie, pro Serenissimo Principe et Domino Domino Wladislao Hungariè, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rege, Marchione Morauie, ac Slesie et Lucemburgensi Duce etc. domino nostro gratiosissimo, et prefato Regno Hungarie, Nuncii et Oratores specialiter deputati Recognoscimus et notúm facimus tenore presencium universis, quod ad tollendas et prorsus extinquendas hostilitates, guerras, Differencias, et dissensiones, Inter serenissimos et inuictissimos Principes et dominos, dominos Fridericum Imperatorem, et Maximilianum Regem Romanorum semper Augustos etc. ac Hungarie, Dalmacie, Croacie, etc. Reges, eorumque terras, Principatus, dominia, subditos et incolas ex una, Et Serenissimum condam dominum Mathiam Hungariae et Bohemie Regem etc. consequenterque Serenissimum Principem et Dominum, dominum Wladislaum Hungarie et Bohemie Regem etc. ac Inclytum Regnum Hungarie, Regna, principatus, et dominia illi pertinencia, eorundemque subditos et Incolas partibus ex altera, dudum exortas, Et occasione juris, quod idem dominus Maximilianus Rex, ad ipsum Regnum Hungarie, vigore cujusdam Inscripcionis habere dinoscitur, post ipsius Domini Mathie Regis mortem, usque in hec tempora nostra, continuatas, suffulti plenaria et omnimoda Auctoritate, facultate, et potestate, prefati Serenissimi et graciosissimi domini nostri Wladislai Regis prout in Litteris Mandati no-

 stri,

stri, nobis desuper dati, clare contineri dinoscitur cum spectabilibus, Magnificis, et generosis dominis, Thobia de Bazkovitz, et de Tschernohora prefate Majestatis Imperialis Capitaneo generali, Matheo de Spawr, sue Mastatis Camerario ac Pincerna Hereditario Comitatus Tirolensis, Bernhardo perger Juris pontificii licenciato, Imperiali Prothonotario et Johanne Fuchsmagen doctore, Imperiali Consiliario, pro eodem Serenissimo Principe et domino domino Friderico Romanorum Imperatore semper Augusto etc. Oratoribus et Nunciis specialiter deputatis, Item yttel Friderico Comite de Zolarn, Regie Romanorum Majestatis Capitaneo in Hohenburg, Bernhardo domino de Polheim decretorum doctore, Regio Consiliario, Henrico Prwesching, libero domino in Stetenberg, Regio Camerario, Johanne Kyshorwath de Halapsyth, et Georgio Rottäller, Regiis Consiliariis pro eodem serenissimo Principe et domino domino Maximiliano Romanorum Rege semper Augusto etc. Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. similiter Rege, Archiduce Austrie Duce Burgundie, Brittannie, Brabancie, Sthirie, Carinthie Carniole, Gerlie etc. Comite Flandrie et Tyrolis etc. similiter Oratoribus et Nunciis specialiter deputatis, in vnum conuenientes, et inter prefatos Principes, nec non Regna et dominia atque subditos eorum, pacis materiam diu longeque tractantes, tandem post diuturnos et inexhaustos labores, diuina aspirante clementia, et communi et vnanimi consensu ac concordia cum prefatis Oratoribus pro quiete et tranquillitate dictorum principatuum et dominiorum, tum et vniverse Christiane Religionis consolacione, hujus-

jusmodi bella, guerras, dissensiones, et differencias presencium tenore sopivimus et prorsus extinximus, submodo et forma articulorum infrascriptorum, ad quos deuenimus Eosque in virtute prefati Mandati nostri conclusimus, in hunc qui sequitur modum; Primo convenimus, Quod serenissimus *Dominus Wladislaus Rex deinceps pro vero et indubitato Hungarie Rege maneat, Regnumque ipsum, etiam in heredes suos masculos legittimos ex lumbis suis procreatos, sub condicionibus infrascriptis, transmittatur et devolvatur.* Quodque inter praefatos Romanorum Imperatorem et utrosque Reges, eorum Regna, principatus, Terras, dominia, subditos, Incolas et inhabitatores eorundem, Hinc in antea, firma atque perpetua sit et maneat pax, unio, et concordia, atque quidqnid hactenus, ab initio belli hujus, a tempore praefati condam Regis Mathie, usque in hanc horam, Preda, captivitate, homicidio, exustione, aut quacunque alia vi bellica, inter hec dominia, subditos, habitatores, Stipendiarios, et ministros, commissum est, jd vniversaliter abolitum sit, et perpetuo extinctum, Et Principes ipsi, Amicitia, beniuolencia, et fauore se mutuo complectantur, Precipue vero Cesarea et Regia Romanorum Majestates, Ipsum Dominum Regem Wladislaum, uti suarum Majestatum Consanguineum, Regnique sui Hungariae Statum, apud Sanctissimum dominum nostrum summum Pontificem, Sedem Apostolicam, Principes Sacri Romani Imperii, et alias ubi opus fuerit, presertim in facto defensionis prefati Regni, ab incursione et vastacione nepharie gentis Thurcorum sincere promo-

ueant, et faueant eisdem, Vicissim quoque ipse Dominus Wladislaus Rex et Regnum, prenominatis Romanorum Imperatori et Regi, omni studio, Consilio, et fauore adesse debeant, statum et dignitatem eorum, pro posse suo adiuuando et ampliando, Item conclusum est, Quod omnia ablata in hoc bello, preter bona mobilia, quae ut fit, illico distrahuntur ad quorumque restitucionem, nemo presentis tenore cogatur, Principibus et ipsorum subditis moderacionibus et condicionibus sequentibus restituantur. Imprimis dominus Wladislaus Rex vniversa Castra, Ciuitates, Municiones, et alia loca, cum suis pertinenciis, in Austria, Stiria, Karinthia, Carniola, et aliis dominiis hereditariis Cesaree Majestatis, que in sue serenitatis et suorum subditorum manibus sunt, et per condam Dominum Mathiam Regem, vi armorum et in bello, quod contra Imperialem et Regiam Romanorum Majestates gessit, obtenta fuerunt, aut alias, quoquo modo, in manus suas venerunt, cum omni jure, si quod in illis habere potuit, Romanorum Imperatori, Infra tempus, modos et condiciones, hic proxime descriptas, presentis tenore reddere teneatur, similiter et eidem Cesaree Majestati, omnia jura, que idem dominus Mathias Rex, in castris, que sua Majestas Cesarea, usque hodie, in terris suis hereditariis recuperauit, forma et modo melioribus, ut fieri potuit, cessisse intelligatur. Item conuentum est, Quod ipse Dominus Wladislaus Rex, loca subscripta, infra hinc et festum Sancte Lucie proxime venturum, Romanorum Imperatori aut ejus Officialibus, quos ad hoc Majestas sua deputabit, redde-

re

re teneatur, et prouidere, quod in reddendo hujusmodi loca, ipse dominus Rex hominibus suis precipiat et disponat, vt pacifice sine spolijs oppidanorum, aut asportacione Bombardarum et aliarum Machinarum bellicarum, que impresenciarum in ipsis locis sunt constitute, et ad ea precise pertinent, recedant, huiusmodi Machinis illic relictis, Et sunt haec loca, que infra hinc et festum Sancte Lucie cedere debet, Stuchsenstein, Starhenberg, Guttenstain, Lichtemwerd, Potendorff, Kornewburg, Smida, Laa, Egenburg, Cistersdorff, Schonnberg, Hahenprwk, Et alia Castra, loca et municiones quae forte sunt in manibus domini Regis Wladislai, aliis non obligata, hoc tempore cedet, At oppidum Recz et Castrum Wolkerstorff, dominus Rex Wladislaus assignare tenebitur Romanorum Imperatori infra hinc ad festum S. Blasii proxime venturum, infrascripta vero Castra oppida et municiones, cum sint aliis obligata et inscripta, et tempore egeat, Ipse Dominus Rex Wladislaus vt ea ex illorum manibus redimat, conuentum est, vt ea infra medium annum, aut ad summum infra annum, Initium ejus a festo Sancti Martini nunc instanti computando, vel citius, ut fieri poterit, ad manus Caesareas vel Romanorum Regias, si (quod absit) Cesar interea excederet ex humanis, consignare debebit, videlicet Kirichslag, Ebenfurt, Waltersdorff, Horn, Allentsteig, Gmind, Mellperg, Groborn, Karenprunn, Potenberg, Creyzensteten, Kadaw, Schanstain, Obernruspach, Kraniperg, Similiter et alia omnia et singula Castra et loca cum suis pertinenciis, in prefatis Cesaree Majestatis dominiis,

he-

hereditariis sita, que aliis obligata esse possint, et hic nominata non sint, infra prefatum annum Cesaree Majestati ipse Dominus Wladislaus Rex assignare debebit, Ex parte autem Castri Schonkirchen, quoniam istud non vi armorum, sed empcionis titulo ad manus Sigismundi Schnapeck, a quodam N. Rewter, deuenisse constat, conclusum est, quod idem castrum, in manibus ipsius Schnapek maneat, saluo tamen, quod heredibus aut alijs, Jus ad dictum Castrum habere pretendentibus, ad eorum impeticionem coram principe patrie uti alius patrie incola, stet juri, Quodque Sententia mediante decretum fuerit, exequi paciatur absque aliquo impedimento, Castrum vero Johenstein, Johanni Sokolosky, ad quem jure hereditario pertinet, restituatur, Item Conventum est, si aliqui, quibus dicta Castra aut municiones obligate sunt, pro honesta et conuenienti satisfaccione, quam dominus Wladislaus Rex, ipsis offeret, infra nominatum annum, aut quandocunque ab ipso domino Wladislao Rege, in tali tempore anni, requisiti fuerint, cedere nollent, Quod tunc Cesar et Romanorum Rex, armis, auxiliis, et Consiliis, aut aliis viis et modis, prout principes ipsi inter se conuenerint, domino Wladislao Regi adesse tenebuntur, quo tanto commodius hujusmodi rebelles ad tradicionem ipsorum castrorum, que tenent, Cesaree Majestati, constringere possit, Quodque ipse Rex Wladislaus, tenentibus hujusmodi Castra, talem ponat modum, quod in hoc tempore quousque Cesaree Majestati consignari debent, redditibus ad ipsa Castra pertinentibus, sint contenti, et vicinos non molestent, neque per-

tur-

turbent, neque pacis hujus violatores aut turbatores in ea castra intromittant, neque cum eis foedus ullum, sub quocunque colore aut forma id fieri posset, ineant, contravenientes ut pacis violatores et Rebelles puniendo, Item conuentum est, Quod infrascripta loca Ecclesiis aut Ecclesiarum prelatis pertinencia per ipsum Dominum Wladislaum Regem ad manus Cesareas sub eadem Inscripcione et obligacione, sub qua ea tenuit Mathias Rex prefatus, aut ad manus Regias, casu si interea Cesar vita fungeretur, consignari debent, Ita tamen, vt cum ipsi Prelati, ad quos hujusmodi loca pertinent, Cesaree Majestati, aut post suam Majestatem Romanorum Regi satisfecerint, quod tunc sue Majestates ea loca ipsis prelatis reddere, et nullo modo ab Ecclesiis alienare valeant, sunt haec et nonnulla alia loca fere omnia apud manus Jacobi Zekel, videlicet, Pethouia, Prysatcz, vel alio nomine Rain, Liechtenwald, Reichenstain, et si qua sint alia hic non nominata, eadem lege tradi debebunt, Item conventum est, quod Cesarea et Regia Romanorum Majestates ipsum Jacobum Zekel, seriose et omni via meliori requirere debebunt, quod omnia et singula castra opida et municiones, que in terris hereditariis Cesaree Majestatis, condam domini Regis Mathie nomine tenuit, et hodie quocunque nomine tenet, siue sint Ecclesiarum, siue Cesaree Majestatis, siue aliorum sue Cesaree Majestati, absque ulla dilacione restituat, Et ne is se se vel per fidem praestitam, vel alio modo, ab ea tradicione facienda excusare possit, conuentum est, quod ipse Dominus Wladislaus Rex similiter et Illustris domi-

nus

nus dux Corvinus (quandoquidem Regnum cum eodem Duce concordauit, quod hujusmodi Castra Regno reddere debeat) eidem seriose scribant et admoneant, vt hujusmodi loca prefata Cesaree Majestati ad ejus requisicionem, absque ulteriori mora cedat in effectu, Qui si post hujusmodi requisicionem adhuc cedere nollet, pretendens occasionem alicujus obligacionis, qua vel Dominus Rex Wladislaus Regnum vel Dux Corvinus sibi videatur esse obligatus, ad hujusmodi cessionem, donec sibi satisfiat artari non debere, Conclusum est, Quod in tali casu Romanorum Imperator vel Rex tres viros eligere, similiter et dominus Wladislaus Rex tres nominare debebunt, qui sex in opido Hamburg in termino duodecim Ebdomadarum, inicium earum a tempore requisicionis dictorum Castrorum computando constitui debebunt, ubi et ipse Jacobus et aliquis cum sufficienti mandato nomine domini Regis Wladislai, et ducis Coruini, coram illis comparere, qui more arbitrorum hinc inde quaslibet querelas, differencias et actiones, et responsiones utriusque partis, sufficienter audire debebunt, quibus auditis studebunt partes, amicabili compositione unire, que si reperiri non possit, ex hinc inde deductis, quid juris sit cognoscent, Qui si sic sentenciando, omnes vel major pars concordabunt, quod decretum est illico executioni demandetur, si vero sic sententiando sint pares quoque pro parte sua Sententiam dicentes, extunc acta judicii, unacum arbitrorum Sententiis, clausa et signata, ad Illustrem Principem et Dominum dominum Ottonem ducem Bavarie, tanquam superarbitrum, qui ab ambabus partibus, ut se huic ne-

negotio intromittat, interpellari debebit, transmittent, qui visis actis vnam ex illis Sententiis probare teneatur, et quamcunque suo laudo probandam duxerit ea absque mora in executionem mitti debebit, Vbi si Dominus Rex Wladislaus, vel dux Corvinus in aliqua pecunia solvenda sententiati fuerint, neque in prompta pecunia adeo subito solvere habeant, debet ipse Jacobus Zekel, positis pignoribus sufficientibus, pro equitate et qualitate debiti contentari, Totus autem ille arbitrii seu Judicii Actus in termino duorum mensium, postquam partes in Hamburga comparuerint, finiri debebit, nisi Jus ipsum longius tempus expostularet, At nichilominus teneatur Jacobus Zekel prenominata Castra absque mora ad manus Cesareas consignare Qui si super hec omnia adhuc rebellare et hanc conditionem neque suscipere, neque loca prefata Cesari cedere vellet, ex tunc ambo Reges et Cesar, se mutuo juvare debebunt, eundem ad obedientiam compellendo, si tamen idem Jacobus Castra et loca prefata Cesari sine difficultate et dilacione, postquam requisitus fuerit, restituet, Conuentum est, Quod ex tunc dominus Wladislaus Rex de eo sit contentus et ei Quietantiam absolutoriam de omnibus praestet, si et in quantum nichil obligacionis a Sua Serenitate vel duce requiret, Item quantum pertinet ad castra et opida intra fines Regni Hungarie constituta, videlicet ferream Civitatem Vorchenstain, Kobelstorff, Hornstein, Rechnicz, Gunz, Pernstain et alia loca, que ante bellum condam Regis Mathie fuerunt in manibus Sacre imperialis Majestatis, conuentum est, quod ea loca omnia preter Rechnytz

cum

cum suis pertinenciis antiquis quod Imperialis Celsitudo de Gracia speciali domino Wilhelmo Pamkircher juxta sue Majestatis litteras donauit, debeant apud suam Majestatem remanere secundum vim et tenorem prioris Inscriptionis et Concordie tempore prefati Regis Mathie cum Imperali Majestate facta, sed quoniam ferrea Civitas et Forchtenstain et Kobelsdorff usque hodie in manibus Domini Regis Wladislai aut suorum subditorum habentur conclusum est, Quod ea loca cum suis pertinentiis idem dominus Rex Wladislaus ad manus Cesareas infra hinc et diem S. Gertrudis proxime venturam, que est decima septima Martii, Anni nonagesimi secundi, consignare debebit, Retentis tamen omnibus conditionibus circa ea loca in priori tractatu notatis, in suo vigore, presertim in facto imposicionis super homines illorum locorum ob generale passagium pro defensione regni et jurium et Exercitii Jurisdictionis pertinentis ad Ecclesiam Jaurinensem aut alias Ecclesias Regni, Et quidem non solum in locis prefatis sed et quibuscunque aliis locis Regni, in quibus decime de jure ipsi Ecclesiae Jaurinensi, vel aliis Ecclesiis in Regno consistentibus percipi solent, ubi si quispiam locorum illorum Capitaneus vel officialis aut alius subditus Imperialis Majestatis in solucione decimarum aut aliorum jurium Ecclesie rebellis vel ea jura, uti jus postulat non soluisse compertus fuerit, compelli debet per Cesaream Majestatem ad satisfactionem integram unacum expensarum solucione Quocirca ut hujusmodi turbationes, que tempore fieri possent, vitentur, dignabitur sacra imperialis Majestas tales illic ponere castellanos,

qui

qui cum vicinis amicabiliter vivant, via facti nichil contra eos attentent, et Ecclesiis sua jura, uti ab antiquo est introductum relinquant Item quod ipse dominus Wladislaus Rex et Regnum litteras illas obligatorias pro centum millibus florenorum datas quondam Mathie Regi in prima concordia, Cesaree Majestati reddere debeant, que si haberi non possent, obligabuntur dare sue Majestati quietanciam sufficientem, qua sua Majestas, subditi et omnes status ducatuum et dominiorum sue Majestatis, sint assecurati, Et nichilominus littere hujusmodi, presentis tractatus vigore ipso facto intelligantur Casse et exstincte, *Item ipse Dominus Wladislaus Rex et vniversum Regnum, veteres illas inscripciones super successione factas ratificare confirmare et renouare teneantur, ita videlicet quod si ipsum Dominum Wladislaum Regem heredem masculum non contingat suscipere, aut susceptum vita fungi nullo herede masculo per lineam rectam descendente post eum relicto, Regnum ipsum cum vniversis aliis Regnis Prouinciis et dominiis ad Coronam Regni Hungarie spectantibus in ipsam Regiam Romanorum Majestatem aut ejus heredes per lineam rectam ex lumbis suis descendentes deuolutum intelligatur ipso facto Item quo Regia Romanorum Majestas de hujusmodi successione magis assecuretur conclusum est, quod Dominus Wladislaus Rex hujus rei ac aliorum negociorum Regni gracia citius ut fieri potest, dietam indicat, de cujus tempore dominos Consiliarios Cesaree aut Regie Majestatum Vienne existentes auizabit tempestive, ad quam conuo-*

cet

cet Prelatos Barones Civitates et alios Status Regni potiores, in majori ut pro tempore hujus breuitate fieri potest numero, ubi et Romanorum Regis Oratores adesse debebunt, Qui Prelati Barones Civitates et alii status Regni illic comparentes hunc presentem Tractatum solenniter acceptabunt ac omnes et singuli se se pro heredibus et successoribus suis litteris patentibus inscribent in hanc Sententiam, si Dominum Wladislaum Regem liberis masculis ex lumbis suis legitime procreatis non relictis, aut eisdem relictis et sine heredibus descendentibus mortuis decedere contingat, Quod in tali casu ipsum Maximilianum Romanorum Regem, aut eo non existente aliquem ex filiis suis, aut his non existentibus eorum heredibus masculis, per lineam rectam ex lumbis eorum descendentibus, quem eligendum duxerint, pro suo legitimo et indubitato Rege acceptabunt, ad possessionem Regni absque omni difficultate venire permittent, in possessionem Regni inducent et illi uti Regi et domino suo debita obsequia praestabunt, hancque Sententiam publice et solenniter in eadem Congregatione Romanorum Regi, in prefatorum Regis Romanorum Oratorum presencia iurabunt, Item, quoniam multi fortassis quorum interest aut interesse debebit in hac Congregacione non comparebunt, et ipsius negotii magnitudo expostulat, vt hec presens concordia omnium auribus immittatur, Conclusum est, vt hac et aliarum Regni necessitatum gracia dominus Rex Wladislaus alteram Diaetam Generalem ad festa Pen-

te-

tecostes proxime ventura, vel circa in aliquo insigni loco seu Ciuitate Regni indicat, ubi similiter Oratores Romanorum Regis adesse debebunt In qua conuocatis omnibus Incolis tocius Regni et dominiorum illi pertinencium hunc tractatum et vnionem vniversaliter publicari et ab vniverso Populo Romanorum Regem aut suos heredes casu quo ipse dominus Wladislaus Rex sine legittima prole masculina superstite mortem obiret in futurum Hungarie Regem acceptari faciat, Et si qui illic comparentes in priori Congregatione visi non fuerint Illic prenominatum juramentum publice modo quo supra dictum est, prestare et litteras confitentes itidem, quod generales ille littere in prima congregacione recognouerunt, roborare debebunt Item conclusum est, quod hujusmodi Litterarum roboratio et juramentum deinceps de persona in personam descendat tam diu quousque talis casus de succedendo Romanorum Rege aut sua prole verificetur Ita ut quotiescunque aliquem Regni Prelatum ad Prelaturam suam de novo assumi contingat, Quod is in assumptione sua presentem Tractatum de successione Romanorum Regis aut suorum heredum jure velle observare et eum prosequi, vti de juramento in prima congregatione superius dictum est, insuper et litteras patentes, quibus et juramentum hujusmodi se praestitisse et tractatum presentem seruare velle se se obligare tenebitur, Alioquin nisi hec fecerit ad hujusmodi prelaturam admitti non debet, Pari modo Palatinus Regni, Wayuoda Transsilvanus, Banus Croa-

cie,

cie, Comes Temessiensis, Bani de Jaycza, Zewriniensis, et Nándor Albensis, Castellani Castri Budensis, Comes Posoniensis, et alii Officiales majores et Castellani pociorum Castrorum Regni, presertim eorum que in finibus Regni sunt constituta, quocienscunque tales de nouo ad sua officia assummi contingat, Jurare Romanorum Regi, et litteras dare modo quo supra de prelatis dictum est, tenebuntur, neque alias hujusmodi eorum officiis preficiantur, Item Conservatores Sacre Corone Regni presentes et futuri in ingressu officii sui jurabunt Romanorum Regi eam Coronam si accidat dominum Wladislaum Regem sine legitima prole decedere, nulla post eum masculina relicta modo, quo supra dictum est, ad nullius manus dare sed pro coronatione ipsius Romanorum Regis, aut sui Sanguinis, ex se per lineam rectam descendentis, fideliter conservare, similiter et cum ipso castro Wyssegrad soli Romanorum Regi aut heredibus suis, in tali prefato casu obedire velle, et de his litteras suas patentes roborabunt, Item si Dominus Wladislaus Rex excederet ex humanis, herede masculo annis minore relicto, conuentum est, Quod hij, qui heredem talem juxta Regni ordinationes et consuetudines, sub tutela sua tenebunt, pari modo et de novo jurabunt, cum tutelam hujusmodi suscipient, presentem Tractatum quantum ad successionem manutenere, et secundum illius tenorem vivere, heres insuper ipse, cum ad legitimam aetatem pervenerit, tenebitur omnia hic in presenti Tractatu conclusa litteris et Sigillis pro se et heredibus

suis

suis eo modo quo dominus Wladislaus Rex fecit, antequam Regni gubernacula assumet roborare et confirmare Et is modus servandus erit de herede in heredem et Tutoribus eorundem continuando quousque successio ipsa in Sanguinem Romanorum Regis si superextat devolvatur, Item conventum est Quod littere roborande in Prelatorum, Officialium aut Tutorum assumptione noua et aliae litterae omnes, de quibus supra fit mencio mox ut fuerint roborate, presentari debeant in Hamburgam reponendo eas ad Judicem et Consulatum, aut Castellanum ibidem vti placitum siue ordinatum fuerit, per Romanorum Regem, quorum opera ulterius ad manus Romanorum Regis transmittentur, Item conclusum est, *si Dominus Wladislaus Rex sic uti premittitur sine heredibus masculis decedens, filiam unam vel plures reliquerit, tenebitur Rex Romanorum, vel heredes ejus, qui tunc Regno preficientur easdem pro consuetudine Regni honeste dotare et Maritare Item si Dominus Wladislaus Rex sic ut premittitur sine heredibus masculis decederet, vxore sua vidua relicta, tenebitur Romanorum Rex dotem ipsi vidue Juxta Regni consuetudinem debitam soluere ex integro*, Idem conclusum intelligatur de heredibus succedentibus heredibus Romanorum Regis, quociescunque uxores viduas post se superstites reliquerint, Item conclusum est, Quod Romanorum Rex, aut heredes sui Regnum suscepturi pro ejusdem Regni et Incolarum suorum consolatione et comodiori contra hostes defensione in ipso Regno saltem pro majori parte temporis habitare dignentur *Item Conuentum est si Regni Hun-*

ga-

garie hereditas modo predicto in sanguinem Cesareum deuoluetur, Quod is, qui juxta Capitula prefata a Regnicolis Rex acceptabitur vel eligetur, pro Regni defensione et consolatione quam primum venire et accelerare debeat, qui similiter non armis ut hostis Regnum intret, sed in limitibus Regni juxta morem exspectet, quousque per Prelatos, Barones, et alios Regnicolas honorifice susceptus, sine dilacione introducatur, Qui et tunc jura et consuetudines Regni antiquas et approbatas seruare et Regnicolas omnes, in suis juribus libertatibus, et approbatis consuetudinibus conseruare et confirmare promittet, quemadmodum et alii Reges predecessores sui promittere et confirmare consueverunt, Item Romanorum Rex titulo Regni Hungarie uti poterit, Et ita a Domino Rege Wladislao et Regnicolis appellabitur, quemadmodum Cesarea Majestas eodem hactenus usa fuit, et deinceps utetur, vicissim quoque Cesar et Romanorum Rex et ipsorum subditi dominum Wladislaum Regem Hungarie cum titulo solito Regni Hungarie appellare et intitulare tenebuntur, Insuper pro solidiori perpetue hujus unionis fundamento Conuentum est, quod idem Dominus Wladislaus Rex, circa Regnicolas Regni Bohemiae laborare et omnem sibi possibilem dare debebit operam, et studium impendere, quo eosdem inclinet et in hanc Sententiam trahat, vt eo sine liberis masculis decedente, hunc dominum Maximilianum Regem aut heredes suos legitimos ex lumbis suis descendentes Regem sibi preficiant, idque quantocyus fieri potest, incipere, et omnes fauores et studia sibi possibilia adhibere debebit, ut ipse

Rex

Rex Romanorum et nemo alius in hoc Bohemiae Regno succedat Item conuentum est, quod in recompensam aliqualem expensarum factarum, per Romanorum Regem in hoc bello et requisitione juris sui ipse Dominus Wladislaus Rex solvere debebit Romanorum Regi centum millia florenorum hungaricalium in auro justi ponderis vel argento aut moneta currente in Austria computando semper quatuor Renenses aut tantum monete sic currentis pro tribus florenis Hungaricalibus in spacio duorum annorum, quorum initium computandum sit a Festo Sancti Martini nunc instanti, Ita tamen, quod Triginta milia teneatur solvere in termino primi dimidii anni, Alia triginta milia in fine primi anni, Relique vero summe medietatem in fine secundi anni Et pro hujusmodi pecunia ipse Dominus Wladislaus Rex et Regnum Romanorum Regem assecurabunt litteris et sigillis in ea forma et obligacione, quod si aliquam ex illis summis solvere neglexerit, quod ex tunc ejus loco duplum, hoc est pro triginta sexaginta et pro viginti quadraginta millia solvere sit obligatus, liceat insuper Romanorum Regi negociatores Regni et eorum bona ubicunque ea invenire poterit arestare tam diu, quousque hujusmodi duplum solutum fuerit Et occasione arestacionis hujus non intelligatur presens vnio et pax esse violata, Item Conuentum est, Quod omnes injurie, dissensiones, discordie, et differenciae quoquomodo occasione presentis belli et adhesionis Romanorum Regi, infrascriptarum personarum videlicet Reuerendissimi Domini Johannis Episcopi Veszprimiensis et Magnificorum et Nobilium Virorum domini Johannis Comitis

de Czetin, Jacobi et Nicolai Zekel Johannis Kyshorwath, Stephani et Georgii fratrum ejus Laurentii Bamfii Joannis Berizlo, Ladislai Johannis et Stephani fratrum de Kanysa Nicolai Zechy de Also lyndva Jacobi, Banfy de lindwa Johannis et Stephani fratrum de Elderbach, Nicolai Comitis de Frangapan, Michaelis Comitis filii Dwran Nicolai Haghmas de Zenthgiroth, Johannis Bornemyza Georgii de Stresewle Georgii de Welyke, Petri Ampolyth Elezweyda Nicolai Kalimanycz Petricz Mathie Klesicz Petri Elez Nicolai et Ladislai filiorum Frankonis condam Bani de Thallocz, Johannis Banfy filii condam perkonis Bani, Bernardi et Georgii filiorum condam Francisci Banfy Et Johannis filii Nicolai de Thallocz Ladislaus Osthfy, Inter Prelatos, Barones, Nobiles, oppidanos et alios Regni Hungarie et pertinenciarum incolas, et eorum subditos exorte prorsus sint sublate et extincte, quodque prefati et alii quicunque adherentes et confederati Romanorum Regi, hic suis nominibus non designati, apud Dominum Wladislaum Regem eadem gracia et beniuolentia vti ceteri Incolae Regni tractentur, cum abolicione omnium preteritorum, quouis modo in hoc bello contra suam Serenitatem et Regnum attentatorum et sublacione omnis indignacionis omnino Quibus et cuique eorum seorsum sua Serenitas litteras hujuscemodi reconciliationis in forma honesta insuper et libertatem et facultatem ubicunque aut cuicunque Principum, qui non sit hostis sue Majestatis aut Regni, aut hostibus adhaerens, Et presertim ad honorem Regis Romanorum prestita tamen prius obediencia et fidelitatis juramento instar alio-

aliorum ipsi Domino Regi Wladislao extra Regnum standi et serviendi, prout ipsis libitum aut conueniens fuerit, libertatibus tamen Regni et oneribus circa eorum bona et redditus supportandis semper salvis, ad eorum instantiam et peticionem clementer concedere et admittere debebit, Conclusum est insuper quod in spacio quatuor mensium initium eorum a predicto Sancti Martini festo summendo prefati adherentes, in omnia eorum bona immobilia et Jura, quae post mortem Regis Mathie, Romanorum Regi adherendo perdiderunt, restituantur, si autem hujusmodi bona in quorundam Baronum aut Incolarum Regni manibus teneantur, que Dominus Rex Wladislaus non nisi armis ob eorum temeritatem ab eis eripere valeat, Conclusum est, Quod hoc casu sua Serenitate contra tales ipso facto armis procedente, quitquid temporis ultra dictum spacium Quadrimestre pro recuperacione eorundem locorum curret, neque imputari neque huic tractatui obesse debebit, Ipsi insuper adherentes, quibus castra sua in hoc bello non sunt adempta, tenebuntur in spacio octo Ebdomadarum inicium earum a festo Sancti Martini iam dicto computando nisi a Regno abessent, ipsi Domino Wladislao Regi prestare juramentum fidelitatis, quemadmodum moris et consuetudinis est in Regno hactenus observate, At absencium loco sufficiet quod hujusmodi juramentum fratres eorum presentes usque ad eorum reditum interea prestare teneantur et prestent, Ipsis autem supervenientibus hujusmodi juramentum per se prestare tenebuntur, Quicunque autem hec vti prescripta sunt, siue presentes siue absentes facere neglexerint, pre-

sens Tractatus ipsis minime suffragari debebit, Quibus vero lastra vel alia bona sua hoc tempore belli sunt ablata, illi tunc tandem Juramentum hujusmodi prestare tenebuntur, cum eorum bona ipsis modo jam prescripto restituta fuerint. Preterea, si qua Theolonia, vel alia bona sive hereditaria sive pignoraticia, nominati adherentes aliis occasione presentis belli abstulissent vel occupassent, teneantur et isti post notificacionem presentis concordie ad restituendum ea illis quibus pertinent, aut e quorum manibus abstulerunt, si tamen aliqua ex hujusmodi bonis receptis vel occupatis per adherentes rursus ex manibus eorum erepta essent apud illos quibus pertinent maneant, qui quidem adhaerentes si alias aliquid juris ad hujusmodi bona habere pretendant, id jure mediante requirere debebunt, quibus ad eorum instanciam jus expeditum administrari debebitur, simili modo et via, vti jam de adherentibus Regie Romanorum Majestati scriptum est agatur in reddendo Castra et alia bona circa subditos Cesaree Majestatis si qui fortassis in hoc bello Domino Wladislao aut condam Mathie Regi adherere et ea gracia Castra sua perdere potuissent, superioribus articulis saluis et in suo robore permanentibus, circa castra tamen reddenda domino de Liechtenstein de Mwraw Ita Conventum est, vt ea tandem Cesarea Majestas teneatur eidem reddere, cum fiet ultima restitutio castrorum predictorum ad manus Cesareas, Ita quod simul et semel hinc Cesar domino de Liechtenstein, illinc Dominus Rex Wladislaus Castra restancia Cesari reddat, qui quidem de Liechtenstein, cum hoc tempore captivus te-

teneatur communi articulo captivos concernente, gaudere debebit, Item cum Comites Croacie in hoc bello Romanorum Regi adherentes conquerantur de bonis ipsis ablatis, Conclusum est, quod omnia et singula eorum bona et jura, quae postquam Romanorum Regi adheserunt, perdiderunt, eis restitui debent in tempore quo supra de adherentibus dictum est, de his autem bonis, que ante adhesionem aut tempore Regis Matthie ipsis ablata sunt, ad eorum instanciam dominus Rex Wladislaus expeditam justiciam remotis superfluis dilacionibus et excepcionibus magis ad differendum negocium quam jus promovendum proponi solitis, juxta morem et Regni consuetudinem administrare, et in propria persona pro hujusmodi jure reddendo sedere debebit, Item de Castris Comitum de Zagoria ita conuentum est, quod Jacobus Zekel ea Castra ad fideles manus Domini Wladislai Regis, tanquam terciam personam resignet, et postea vocatis comitibus ipsis, et domino duce Corvino, cui ea castra per Mathiam Regem perhibentur esse donata, Ipse dominus Rex Wladislaus juxta Regni consuetudinem servatis servandis expeditam justitiam ministret Et cui parcium predictarum per hujusmodi Sententiam ipsa Castra obvenient, illius manibus Rex ipse ea tradere teneatur indilate, Item in facto debiti et querelarum, quas Nobilis Dominus Thobias de Thschernahora proposuit, in hunc modum est conuentum, Inprimis, dominus Rex Wladislaus tenebitur ipsi infra mensem, inicium ejus a festo S. Martini computando, villas illas in Moravia, sibi pro certa pecuniarum summa obligatas et per condam Matthiam Regem

gem vi ablatas, restituere, ut illis juxta vim et tenorem litterarum obligacionis, libere uti possit, duo insuper millia florenorum condam Mathie Regi prefato per ipsum Dominum Thobiam mutuata, si ipse Dominus Thobias per litteras vel alia euidencia documenta, hujusmodi debitum probaverit ipse Rex Wladislaus infra annum, ejus initium a saepedicto Sancti Martini festo computando ipsi domino Thobie, aut eo non existente heredibus suis restituere teneatur, De quinque milibus florenorum inscriptis ipsi Domino Thobie, per ipsum Mathiam Regem super castro Lonberg, quando quidem ex illis, ipse Dominus Thobias domino Wladislao Regi tria milia de bona voluntate remisit, Conuentum est, ut reliqua duo milia dominus Rex Wladislaus eidem in spacio duorum annorum, initium eorum iterum a festo S. Martini jam instanti computando soluat, Quantum vero ad impensas factas in edificia in Spilberg pertinet, Conuentum est, Quod de hujusmodi impensis dominus Thobias capitaneum Moravie edoceat, quibus edoctis et ad Regiam Majestatem per Capitaneum deductis Et constito ex ipsius Capitanei Relatione, quid sua Serenitas pro hujusmodi impensa soluere debeat, id infra annum a tempore declarationis ipsius Capitanei ipsi Domino Thobie soluere tenebitur, Item in facto crediti Nobilis viri domini Wilhelmi pamkircher quod contra provinciales Stirie et Carinthie proponit, ita conuentum est, Majestas Imperialis demandabit prefatis provincialibus, ut ei dictum creditum solvant, qui si se in eo mandato gravari querantur, tamquam jam dudum ab eo sint absoluti, constituere debebit Cesarea Ma-

je-.

jestas prefatis provincialibus diem ad Grecz in festo Purificationis celebrandam, ubi et ipse dominus Wilhelmus factores suos una cum aliquo domini Regis Wladislai servitore, habere debebit et facta ratione et compoto de perceptis ex dicto credito et constito quantum post hujusmodi compotum soluendum eidem restet, istius summe dimidium in termino primi anni ejus initium a conclusione computi faciendo et alterum dimidium in termino secundi anni immediate sequentis prefati provinciales ipsi Domino Wilhelmo soluere debebunt, Quod vero ad Castrum Ketsch siue ejus reditus et prouentus spectat Conuentum est, Quod idem Dominus Wilhelmus Cesaream Majestatem de hujusmodi Jure litteris et sigillis ut pretendit munitus informet, quibus juribus si Cesarea Majestas, excipiendo contradicat Extunc illi sex in Heimburgum in facto Jacobi Zekel, ut prefatum est, venturi, an littere domini Wilhelmi an Cesaree Majestatis contra easdem excepcio prevaleat, decernant, qui si cognoscendo sint pares, ex tunc dominus Thobias de Thschernohora a nobis Cesareis et Regiis oratoribus, ut hoc onus in se assumat interpellatus, in presenciarum vti superarbiter vni dictarum Sententiarum accedere debebit ex cujus cognicione si castrum prefatum aut ejus redditus ipsi Domino Wilhelmo accedere debebunt Extunc in spacio dimidii anni ejus inicium a tempore hujus decisionis computando, Cesarea Majestas domino Wilhelmo castrum ipsum vel ejus redditus restituere, aut ejus loco octo milia florenorum hungaricalium auri soluere debebit, At si prefati sex occasione dicti Jacobi vt puta, quia ejus causa abs-

que

que eorum Conuentu terminari poterit, in Hamburgam non essent accessuri nichilominus presentis cognicionis gracia illac venire debebunt, Item conuentum est insuper, quod Dominus Rex Wladislaus et Regnicole hos, qui se neutrales in hoc bello constituerunt, vt Sopronienses et alios eque vt alios Regni subditos gracia et benivolencia complectantur et occasione illius neutralitatis aut cujusvis alterius cum Romanorum Rege intelligencie nulla indignacione aut statuum suorum detrimento persequantur, Item quantum spectat ad castra ipsius Gyleys, Ita conuentum est, si coram prefatis sex in Haimburgum in facto Jacobi Zekel venturis documentis apertis docebitur pro parte Cesaree Majestatis, Cesaream Majestatem ejus Castra vt hominis rebellantis sue Majestati obsedisse, priusquam sue Majestati de nouo (quandoquidem post mortem Mathie Regis se in subjectionem Cesaream dederit) nomine Domini Regis Wladislai diffidauerit exclusus sit a beneficio presentis tractatus, si autem ostendetur quia ante hujusmodi obsessionem et post reconciliationem et agnitam naturalis domini sui superioritatem Cesari nomine Regis Wladislai bellum indixerit, gaudeat beneficio Tractatus presentis, Ita ut castra sua sic oblata eidem restituantur, Item ex quo Castra et dominia omnia ipsius domini de Pothendorff ad manus Cesareas venire debebunt juxta prius conclusa ipse autem filiam vnicam reliquerit superstitem conuentum est, Quod sua Majestas eidem bona sua hereditaria aut jure ei debita restituat et donec sit minor annis ei de tutore provideat. Item conuentum est, Quod ex aduerso Ro-

ma-

manorum Rex vniversa Castra et Municiones hoc tempore belli per suam Majestatem in Hungaria, Croacia, Sclauonia et ceteris prouinciis qualitercunque ad Hungariam pertinentibus per se aut alios expugnata vel alias qualitercunque in dedicionem recepta infra hinc et festum Sancte Lucie prescriptum, Ita ut hujusmodi Castrorum traditio hinc inde eodem tempore fiat his quorum fuerunt et de quorum manibus recepta sunt, reddere vel restitui facere teneatur, Et presertim Sabariam volgariter Stain am anger Senthgerod Kemend Marwankew Kostel Et alia omnia que in suis aut suorum subditorum manibus habet et hic non sunt expressa suis nominibus, At Castrum Tersat, quod ut fertur est in manibus Cesareis Conuentum est ut in sue Majestatis manibus cum suis pertinentiis quo ad vitam sue Majestatis dumtaxat maneat, et sua Majestate ex humanis sublata absque ulteriori cunctatione ad Regnum redire debeat, quod ut certius fiat tenebitur se dominus Maximilianus Rex de tradendo hujusmodi Castro post Caesaris mortem ipsi Regno vel Regi, si interea modo superius expresso Regno non preficietur pro se et heredibus suis, inscribere et obligare Item quantum ad Castrum Zdencz attinet conuentum est, vt ex quo ad illud dominus Wajvoda Transylvanus plenum jus habere asserit, manibus suis per Regiam Romanorum Majestatem assignetur, Castrum vero Scharfenek tunc tandem manibus Regiis aut illius cui pertinet assignetur, quando Dominus Wladislaus Rex ultimam faciet Cesari castrorum predictorum restitutionem, ita quod hujusmodi restitutio hinc inde eodem tempore fiat.

Item

Item conuentum est, Quod Dominus Wladislaus Rex filiis condam Vdalrici Graffneker provideat de aliquo honesto tutore, qui castrum Scharffenek e manibus Romanorum Regis aut suorum subditorum suo tempore recipiat, et ad manus dictorum filiorum vnacum aliis eorum bonis fideliter custodiat, Et ipsis ad legitimam etatem pervenientibus castrum ipsum cum suis pertinenciis, et aliis bonis reddat et rationem perceptorum et expositorum faciat. Item ex quo tres Majestates in hanc Sententiam conuenerunt, Quod hinc inde adherencium castra et dominia quibus ablata sunt, restituantur, Et fortassis aliqui ex his in Regno Hungarie, qui hujusmodi castra tenent in eisdem reddendis siue restituendis se se difficiles exhibere aut prorsus inobedientes ostendere possent, Conuentum est, quod tam Cesar quam Romanorum Rex, quam Dominus Wladislaus Rex et Regnum Hungarie vnanimi Consilio et auxilio contra tales insurgere et eos ad restitucionem hujusmodi Castrorum his quibus ablata sunt, non solum compellere, verum etiam contumacia eorum crescente et exigente omnia eorum bona confiscare, et personas ipsas exterminare debebunt. Ita similiter de subditis Cesaree Majestatis obseruari debere in hoc casu conuentum est, si tamen aliqui ad hujusmodi castra sic obtenta Jus habere pretendant, illud juxta consuetudinem patrie Jure non violencia requirere teneantur, Item conuentum est, quod neque Cesarea Majestas, neque Romanorum Rex subditos Corone Regni Hungarie Rebelles, inobedientes, aut alias quocunque pacto, cum domino Rege Wladislao non bene sencientes in sui defensio-

sionem et protectionem aut castra et municiones eorum quas tali casu offerre possent, recipiant, aut quoquo quesito fuco auxilia aut consilia occulta aut manifesta praestent sed ad eos confugientes repellant, et se neque de personis, neque de bonis et castris eorum intromittant, Idque cum subditis et Baronibus eorum fieri disponant contrauenientes seriose puniendo, Itidem vicissim fiat de subditis Cesaree aut Regie Romanorum Majestatum rebellantibus dolo et fraude remotis. Item omnes in bello isto captivi ab utraque parte, quam primum post festum S. Martini absque vlteriori detrimento liberi pronuncientur Et hodie et alie exactiones jure belli promisse insuper et captivorum taxaciones usque in hanc diem Sancti Martini non solute deinceps non soluantur neque petantur, Tum et earum solucionum gracia fideiussores a fideiussione liberi pronuncientur non obstante quacunque pactione sub quacunque condicione inter partes hinc inde conclusa etiamsi expressis verbis beneficio presentis relaxacionis renunciassent Omnibus nempe hujusmodi et aliis obligacionibus non obstantibus quitquid usque ad prefatum festum Sancti Martini solutum non fuerit, deinceps non solvatur. Item mercatoribus liber sit omniquaque accessus et negociatio tam in aquis, quam in terris solutis tamen Theloneis et aliis pro eorum mercibus solui consuetis, sed quoniam quidam mercatores tempore restitucionis Albe Regalis ad manus domini Wladislai Regis se se in mercibus et Servitoribus eorum illic contra articulos in cessione loci prefati conclusos, et quidam ex illis etiam contra salvum conductum Regium vim et dam-

dampnum passos conqueruntur, Conuentum est, ut ejus querele discussio ad illos sex in Hamburga conuenire debentes remittatur, et in hac re eorum judicio stetur, Item generaliter omnes adherentes principes sacri Romani Imperii et alii quacunque dignitate titulo vel officio sint insigniti cum eorum Seruitoribus in hac pace et unione intelligantur esse inclusi, omnes insuper Vasalli occasione presentis adhesionis et Belli feuda sua petere negligentes illud deinceps a domino, cujus est feudum petant, quod quidem feudum ob tempus neglectum aut adhaesionem ad dominum feudi non intelligatur deuolutum, Item si quisquam subditus Corone Regni Hungarie actionem siue querelam habuerit, vel habiturus sit contra subditum Cesaree aut R. Romanorum Majestatum, conueniat eum coram Officialibus Cesaris vel Regis Romanorum, prout Juris est et patrie consuetudinis, similiter fiat et ex adverso, si subditus Cesaree Majestatis aut Romanorum Regis Actionem vel querelam habeat vel habiturus sit, contra subditum Corone, Et ut pro utraque parte vitentur Ambages et expense Capitanei a parte Cesaree Majestatis, aut a parte Domini Regis Wladislai et Regni, in loco rei vel conuenti, querulantibus simpliciter et de plano iustitiam summarie quociens opportunum fuerit, ministrare debebunt, Qui si causam hujusmodi diffinire non possent, eam remittent ad principem rei vel conuenti, qui post remissionem in spacio unius mensis, in quantum jus admittit, Causam hujusmodi iustitia mediante finire teneatur, Item si quisquam subditorum Cesaree Majestatis aut Romanorum Regis contra subditum corone

ne actionem habens, non quesita aut exspectata justicia, propria auctoritate, aut vi armorum, illi contra quem hujusmodi actionem habet, aut alteri Regnicole, quocunque quesito colore damnum inferre presumserit, Ex tunc hinc Cesar vel Rex, illinc Hungarie Rex per Cesarem vel Romanorum Regem requisitus contra hujusmodi subditum insurgere et eundem pro modo excessuum suorum etiam usque ad exterminium et ejectionem a patria et bonorum confiscationem castigare tenebuntur, simili modo per omnia procedatur circa subditum Regni simili temeritate contra subditum Cesaree aut Regie Romanorum Majestatum, quitquam contra jus attentare conantem, Item Conuentum est, Quod Cesar et Romanorum Rex hanc pacem et unionem sub generalibus scripturis, sanctissimo domino nostro et Collegio Cardinalium intimet Sanctitatem suam certiorem reddendo, quod hunc Dominum Wladislaum Regem deinceps pro vero et indubitato Hungarie Rege habeant et recognoscant, obedienciam, quam prestiterit acceptent, et suam Serenitatem vt in principio hujus tractatus scriptum est, promovendo, Item conuentum est, si Stipendiarii utriusque partis pro conuenienti et honesta laborum suorum satisfactione non contenti fraternitates et uniones inter se facere, et Regna principatus et dominia illius aut alterius principis, vi aut armis invadere constituerent, extunc ambo Reges et Cesar vnacum suis subditis pari consensu contra tales insurgere, et eos uti pacis violatores punire et ejicere teneantur, Item conclusum est, quod Sacra Imperialis Majestas Romanorum Rex et dominus Wladislaus Rex

hunc

hunc presentem Tractatum, cum insertione articulorum de verbo ad verbum de novo roborent et confirment, Et hujusmodi roborationis et confirmationis litterae Cesaree et Regie Romanorum Majestatum, vna cum litteris concernentibus Castrum Thersat, similiter et domini Wladislai Regis, in Hamburgum ad diem sanctorum Fabiani et Sebastiani proxime futurum portentur, et illic hinc inde assignentur, Ita quod hujusmodi litterarum assignacio hinc inde eodem die fiat. Item certis respectibus necessariis, presertim pro solidiori presencium articulorum firmacione et integritate Amicicie eorum, et manutencione Regnorum Terrarum, et dominiorum suorum, tum et nova inter Reges ambos, et Cesarem confederacione, pro mutuis auxiliis contra quoscunque prestandis, et aliis rebus ingruentibus, conuentum est, Quod post festum Penthecostes, cum dominus Wladislaus Rex ab alia Generali dieta, de qua in articulis prescriptis absolutus fuerit, Romanorum Imperator, et Rex, et sua Serenitas, in aliquo loco, de quo postea concordabunt, personaliter conuenient, et illic de omnibus, que opus sunt, concordabunt. Item conuentum est, Quod deinceps nullius differencie aut dissensionis causa etiam inter principes ipsos aut eorum subditos quantumcunque potentes aut inferiores, sive occasione jurisdictionis aut Contractus cujuscunque, siue confinium aut metarum dominiorum siue delicti subditorum, sive alia quacunque causa, nulla excepta, exorte, Principes ipsi ad arma aut hostilitatem deveniant, sed quotiescunque talis casus in futurum accidet, si quidem Is, per Capitaneos et

Offi-

Officiales locorum determinari non possit, Principes ipsi, Consiliarios suos utrinque in aliquo loco competenti conuenire faciant, et illis plenam auctoritatem hujusmodi differencias sopiendi et prorsus tollendi concedant, Et quitquid per hujusmodi Consiliarios decretum fuerit, id ab utraque parte observari debebit, Postremo, Quantum ad Castrum Costel pertinet, quod tanquam in presenti bello hostiliter captum esset, Inter alia ut domino Regi Wladislao assignaretur in articulis precedentibus connumeratur, Conventum est, Quod idem Castrum in illius manibus, qui hoc hodie tenet, remaneat, seruiciis oneribus et imposicionibus generalibus ad Colonos vti aliis Regni Colonis fieri est consuetum similiter et prestatione fidelitatis de eodem castro Regi Hungarie vti ab antiquo introductum est ac aliis juribus si quod quispiam ad idem castrum habere pretendit, semper saluis. In quarum rerum Robur et testimonium has presentes litteras scribi et sigillis nostris solitis communiri fecimus, Et pro majori securitate omnium supradictorum manus nostras proprias hic infra subiunximus Datum et actum posonii die lune post festum sancti Leonardi Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo. — Ego Thomas Episcopus Jaurinensis Recognosco supra scripta manu propria. — Ego Georgius de Bathor Nomine patrui mei domini Stefani de Bathor Waywode etc. scribere ignorantis Recognosco propria manu. — Johannes de Slelnbergk Cancellarius Regni Bohemiae manu propria. — Ego Thomas Episcopus qui supra pro dom: utroque Ladislao de Gwth, et de Rozgon, qui scribere ignorant propria ma-

manu me subscripsi. — Beneß von der Weitmül mein hant. — Wilhelmus Pamkircher Recognosco manu propria. — Johannys de Rupow prothonotaryus regny bohemie manu propria (L. S.) Nro. 8.

Nos itaque Wladislaus Rex prefatus, qui ut premissum est, pacis semper Zelatores et Amatores sumus, communeque bonum, et Katholicae Religionis incrementum cordi semper habemus, semperque pro nostra Virili promovere cupimus, visis et examinatis predictis Articulis Capitulis et Conclusionibus, pensantes illos non solum honori, quieti, et commodo vtriusque partis, ac Regnorum statuumque, et principatum earundem, sed eciam rebus fidei, et universe Reipublice christiane, plurimum conducere, Eosdem igitur in omnibus suis partibus; Capitulis, et punctis, Laudauimus, approbauimus, acceptauimus, et ratificauimus ex certaque nostra sciencia et animo deliberato Laudamus, approbamus, acceptamus, Ratificamus et Roboramus per presentes, Promittentes pro nobis et Heredibus nostris, in Verbo nostro Regio, et bona fide mediante, quod illos firmiter et inconcusse observabimus, eisdemque in premissis omnibus clausulis, punctis, et sentenciis, realiter et cum effectu satisfaciemus, dolo et fraude in his omnibus cessantibus quibuscunque, In cujus rei fidem et testimonium Secretum Sigillum nostrum, quo ut Rex Hungarie vtimur, presentibus fecimus appendi, Datum Bude in festo beati Nicolai Episcopi et Confessoris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo primo, Regnorum nostrorum Hungarie,

Anno

Anno secundo, Bohemie vero Vigesimo Primo — Commissio propria domini Regis (L. S.)

XIV.

Litterae, quibus Praelati, Barones, et Proceres Regni Hungariae quindecim numero, praecedentem Concordiam cum Friderico et Maximiliano initam, ratificant. 29. Novembr. 1491. *a*)

Nos Osualdus Zagrabiensis; Valentinus Waradiensis, Johannes Chanadiensis, Nicolaus Waciensis, Stephanus Sirnniensis Frater Gregorius Nittriensis lucas Boznensis ecclesiarum Episcopi, Dominicus prepositus ecclesiae Albensis, Item Johannes et Petrus Fratres Comites de Bozyn et de Sancto Georgio, ladislaus de Lossoncz Thauernicorum, Bartholomeus dragfi de Belthewk Cubiculariorum, Georgius de Thwrocz pincernarum regiorum Magistri, Petrus de Docz, Nicolaus Pethewfy de Gerse Prelati Barones et Proceres Regni Hungarie, Recognoscimus et tenore presencium notum facimus universis, Quod cum diebus his superioribus serenissimus Prin-

a) Aeque ex Auctario diplom. ad Ursinum Velium Nr. 11. — pag. 260. —

Princeps et dominus dominus Wladislaus Hungarie Bohemieque Rex etc. dominus noster graciosissimus, *accedente voluntate et consilio reliquorum dominorum Prelatorum Baronum et procerum suorum tunc apud Majestatem suam agentium* ad tollendas et prorsus sopiendas omnes hostilitates, Guerras, differencias, et dissensiones, inter serenissimos et invictissimos principes et dominos dominos Fridricum Imperatorem et Maximilianum Regem Romanorum semper Augustos etc. ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Reges, eorum terras principatus, dominia, subditos et Incolas, ex una et serenissimum condam dominum Matthiam Hungarie et Bohemie Regem, consequenterque eundem serenissimum Dominum nostrum Wladislaum Regem et hoc Inclitum Regnum Hungarie, ex altera partibus, dudum tempore prefati serenissimi condam domini nostri Matthie Regis, bone memorie exortas et in hec usque tempora continuatas, Reuerendum in christo patrem dominum Thomam Episcopum ecclesie Jauriensis Cancellarium suum, Item Magnificos Dominos Comitem Stephanum de Bathor Judicem Curie sue Regie et Waywodam Transsilvanum etc. nec non Johannem Schellenbergk Regni Bohemie Cancellarium, Ladislaum Orzag de Groth, Agazonum Alterum Ladislaum de Rozgon Cubiculariorum Regiorum Magistros, Benessium waytmiller Burggrauium in Karlstein, et Magistrum Monetarum in Montibus Kwthnis, Wilhelmum Pamkircher de Zalonok et Johannem de Rwpow Magistrum Curie Regni Bohemie etc. Oratores et Nuncios suos, Fratres vero et Amicos nostros suo et Regni hujus no-

mi-

mine cum plenaria et omnimoda auctoritate specialiter deputaverit, Illique cum Oratoribus et Nuncijs prefatarum Cesaree et Regie Romanorum Majestatum, ad id similiter specialiter deputatis conuenientes, hujusmodi hostilitates et differencias vniversas extinxerint et sopiuerint, Perpetuamque pacem et concordiam inter ipsas tres Majestates, Regnaque principatus Terras, dominia, et subditos earundem sub modo et Forma Articulorum desuper confectorum concluserint, Nos itaque libera et spontanea nostra voluntate Fatemur et Recognoscimus, quod quidquid in causa hujusmodi pacis et concordie prefati Oratores, fratres scilicet nostri, inter ipsas tres Majestates Regnaque et principatus, ac subditos earundem, tractauerunt, concluserunt, et litteris atque sigillis eorum, firmaverunt, Id totum de nostra mente, voluntate, Consilio, Auctoritate, et potestate per nos eisdem concessa egerunt et fecerunt, Atque ideo Tractatus hujusmodi, omniaque per eosdem Oratores conclusa et firmata Acceptamus, Approbamus, laudamus et Ratificamus atque observare bona fide nostra promittimus, Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, sigillorum nostrorum consuetorum appensione communitarum mediante, Datum Bude In Vigilia Festi beati Andree Apostoli Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo primo (L. S. nro. 15.)

XV.

Tabulae Pacis inter Maximilianum Romanorum, et Wladislai Hung. Regis, Statuumque Regni Oratores Viennae 19. Julii 1506. conclusae. *a*)

Maximilianus Divina fauente Clemencia Romanorum Rex semper augustus: ac Hungarie, Dalmacie Croacie etc. Rex Archidux Austrie Dux Burgundie Brabantie etc. Comes Palatinus etc. et nos Gregorius Archiepiscopus Collocensis, Georgius Episcopus Quinqueecclesiensis serenissimi Principis Domini Wladislai Regis Hungarie et Boemie Domini nostri graciosissimi Cancellarius Petrus Comes de sancto Georgio et in Posyng Judex Curie ejusdem et Waywoda Transsilvaniensis et Moyses Bwzlay supremus Magister Curie sue *Oratores et Ambasiatores Procuratores seu Deputati in negocijs infrascriptis a prefato domino nostro graciosissimo Uladislao Rege etc. et statibus regni Hungariae pleno et sufficienti Mandato ac Litteris desuper confectis et sigillatis ac per nos exhibitis productis atque presentatis suffulti.* Recognoscimus pro nobis et heredibus ac successoribus nostris et nos supranominati oratores deputati pro nobis ipsis

a) Itidem ex Auctario ad Ursinum Velium Nr. 16. pag. 270.

ipsis et prefatis Mandatariis et Constituentibus nostris et eorum et nostris heredibus ac successoribus, ac notum facimus tenore presencium vniversis quod cum proximis superioribus diebus inter nos Maximilianum Romanorum Regem etc. ex una et supranominatos Serenissimum Vladislaum Regem dominum nostrum et status regni Hungarie ex altera partibus nonnulle differencie seu controversie orte et ex illis deinde aperte irruptiones incursiones et bella vtrinque sequuta fuerint. Nosque supradicti Oratores seu Procuratores deputati propter hoc a prefato Serenissimo domino nostro Rege Wladislao et statibus Regni Hungarie pro Concordia et vnione prefatarum differenciarum tractanda et concludenda ad predictam Cesaream Majestatem missi fuerimus. Jccirco pro beneficio et conseruatione Regnorum Provinciarum et subditorum vtriusque partis et evitanda effusione Christiani sanguinis et ut communibus Christiane religionis et Catholice fidei hostibus immanissimis Turcis continuis oppugnatoribus et invasoribus prefati Regni Hungarie eo animosius resistatur, pro exstinguendis et sopiendis supradictis differenciis infrascriptos articulos, Capitulationes, vnionem, Pacem atque Concordiam inivimus tractavimus, fecimus atque conclusimus sicut de articulo in articulum in hunc qui sequitur modum expressum est. Et primo quod utraque pars exercitum et gentes armorum que propter hoc vtrinque congregate sunt nunc et quanto citius fieri possit, revocet et committat atque disponat, quod ille sine damno alterius necnon Dominiorum ac subditorum suorum ad propria revertantur: omnisque ho-

hostilitas ab vtraque parte cesset. Et quod omnes inimicie, rixe, discordie seu dissensiones violencie ac injurie siue per homicidia Predas Captivitates incendia seu incursiones aut alia quauis via seu vi bellica intemptate seu perpetrate, que ex hujusmodi differenciis ortis subsecute fuerunt inter prefatas utrasque partes Dominia subditos habitatores stipendiarios ac ministros nec non omnes et singulos, qui alterutri partium in hoc presenti bello adheserunt aut in his conjuncte vel de adhaesione suspecte fuerunt vel esse voluerunt aut neutralitatem servandam acceptaverunt et specialiter Comitem Joannem de Frangapanibus Dominum Brinye Comitem Juanum de Crobouia et Comitem Joannem de Kanischa ac Civitates Posonii et Sopronii ac illarum subditos et habitatores nec non omnes alios, qui vel nobis adhaeserunt, vel neutralitatem promiserunt et seruauerunt seu alio quocunque modo se nobis conjunxerunt quantum presentem adhesionem et neutralitatem concernit extincte, sopite, et remisse cassate abolite et ex omni parte oblite esse et prrmanere. Neque in posterum maligne uel in detrimentum ipsorum ab aliquo commemorari seu moveri tam judicialiter, quam alia quacunque via, nullo penitus modo aut forma possint aut debeant: quynimo bona immobilia sic etiam mobilia que extant illis ablata aut aliis donata restituantur: nec non omnes captivi masculi femine et pueri ex utraque parte libere et sine exactione alicuius Talee nondum solute aut quacunque alia molestia sen illatione dimittantur: neque quicquam ab eis requiri aut peti quouis modo possit aut debeat. Et quod a mo-

modo in posterum inter nos prefatum Maximilianum Romanorum Regem tanquam Archiducem Austrie heredesque et successores nostros et nostrum Oratorum Mandatarios seu Constituentes prefatum videlicet Regem et dominum nostrum Vladislaum et nosmet et omnes status tam ecclesiasticos quam seculares Regni Hungarie nec non omnes nostros et suos heredes et successores regna dominia et subditos utriusque firma secura stabilis et perfecta pax vnio atque concordia sit et maneat atque observetur: sitque inter nos regnaque et subditos nostros vtrinque sincerus amor et amicitia bonaque vicinitas et inter subditos et adhaerentes nostros dummodo tales non fuerint contra reges et regna eorum mutuum et liberum commercium et conuersatio (saluis semper Theoloniis et Vectigalibus regnorum ex commerciis) vtrinque fieri et exerceri sine impedimento aut contradictione cujuscunque debeat atque possit dolo et fraude semotis. *Reservamus tamen nos Rex Maximilianus nobis et heredibus nostris expresse omnia et singula hereditaria et alia quecunque jura que ad Regnum Hungarie et pertinentia hucusque habuimus et in presentiarum habemus Quibus hanc Concordiam seu Capitulationem nullatenus volumus derogare.* Item quod hujusmodi concordia et Tractatus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter conservetur, sique alie differencie fuerint vel postea acciderint in breui aut cum tempore, que in presenti Tractatu commemorate aut decise minime essent hujusmodi differencie per nos Maximilianum Regem cum ex urbe Romana ad quam propediem pro Coronatione no-

stra imperiali (deo favente) proficisci intendimus, iterum ad haec Dominia nostra Australia hereditaria reversi fuerimus aut alias ad prefatum fratrem nostrum Regem Hungarie pervenerimus vtriusque Consiliariorum nostrorum Consilio accedente pro racione et equitate componantur et concordentur sine dolo salva semper remanente, (uti prefertur) hac pace. Si vero alique minute differencie inter subditos amborum Regum orirentur, ille per missiones Oratorum vtrinque prout ab antiquo observatum est terminentur et concordentur. *Et nos supradicti Oratores Ambasiatores et deputati per presentes vigore mandati nostri pleni et sufficientis in vera fide nostra nos obligamus et promittimus quod a supradicto domino nostro Wladislao Rege Hungarie, a quo mandatum habemus, hujus presentis Tractatus et Concordie sufficientes et necessarias Litteras ratificationis ac consensus infra terminum unius mensis proxime venturum expediri et ad manus Capitanei in Haynburga vel Locumtenentis sui dari et assignari facere velimus et debeamus.* Et nos Maximilianus Romanorum Rex pro nobis et successoribus ac heredibus nostris in verbo nostro regio et sub bona fide *Nosque praefati oratores et deputati vigore predicti mandati pro prefatis mandatariis et Constituentibus et in personas ipsorum et pro nobis ipsis quantum Nos concernit, supranominatum Tractatum et Concordiam, articulosque illos, quos de communi ac pari voluntate atque consensu in personas ambarum partium conjunctim confecimus, neutri partium prejudicantes fir-*

firmiter sub bona fide observare promittimus, In quorum fidem et testimonium duplices Litteras ejusdem tenoris manibusque nostris propriis subscriptas fieri Sigillisque tam nostri, Maximiliani Romanorum Regis, quam singulorum nostrorum Oratorum appendi et communiri fecimus. Datum in Ciuitate Viennensi die Dominica decima nona mensis Julii anno domini millesimo quingentesimo sexto. Max. Rex. — Gregorius Archiepiscopus Colocensis m. p. Georgius Episcopus Quinque-Ecclien. m. p. Petrus Comes de Scto Georgio et de Bozin etc. m. p. Moyses Buzlay magister Curie m. p. L. S. nro, 4.

XVI.

Praelati Barones ac Nobiles Hungariae apud Regem in Civitate Albensi constituti, Oratoribus, ad ineundam cum Maximiliano pacem deputatis, licentiam tractandi concedunt. 24. Junii 1506. *a)*

Nos Thomas miseracione divina tituli Sancti Martini in Montibus Sacrosancte Romane Ecclesie Presbiter. Cardinalis Strigoniensis summus et secretarius Cancellarius Regius etc. ac Sigismundus Thurzó Wa-

---

a) Pariter ex Auctario ad Ursinum Velium Nro. 15. pag. 268. —

Waradiensis, franciscus Jaurinensis, Nicolaus de Chaak Chanadiensis Ecclesiarum Episcopi, nec non Bartholomeus prior Auranae, Item Emericus de Peren perpetuus Comes Abawywariensis et Regni Hungarie Palatinus, Johannes de Zapolya similiter perpetuus Comes terre Scepusiensis, Josa de Som Comes Themesiensis, ac parcium Regni Hungarie inferiorum Capitaneus Generalis, Blasius de Raska Thauernicorum Regalium Magister Benedictus de Bathyan Thezaurarius Regius, Johannes Despotus Regni Rascie, Georgius de Bathor Agazonum Regalium Magister et Comes Simigiensis, Michael de Palotz pincernarum Regalium Magister, Joannes Podmanitzky cubiculariorum Regalium Magister, Michael Ország de Guth, Stephanus de Rozgon, Joannes Dragfy de Belthewk, Emericus Deesy dapiferorum Regalium Magister, Stephanus de Thelegd, Georgius More Banus Castri Nándoralbensis; Georgius de Stresemlye Banus de Zrebernyk, Joannes Banfy de Bolondoch Emericus Thebrek de Ennyng Emericus et Martinus Czobor, Fransiscus Beryzlo de Graborya alter Franciscus Balassa de Gyarmath, Prelati et Barones ac Nobiles et Proceres totius hujus Regni Hungarie nunc apud Majestatem Regiam in Ciuitate Alba-Regali constituti, totum Regnum Hungarie representantes, Recognoscimus tenore presentium significantes quibus expedit universis, Quod nos de fide et integritate, rerumque gerendarum experientia Reuerendorum in Christo patrum dominorum Gregorii Archiepiscopi Colocensis et Georgii Episcopi Quinqueecclesiensis, Ecclesiarum, Cancellarii Regii, nec non Spectabilis

et

et Magnificorum Petri Comitis de Sancto Georgio et de Bozyn Judicis Curie Regie, ac Wayvode Transsiluanensis, et Moysis Bwzlay Supremi Magistri curie Regie etc. Oratorum et Consiliariorum Serenissimi et Excellentissimi Principis et Domini, domini Wladislai Hungarie et Bohemie Regis etc. domini nostri gratiosissimi, dominorum scilicet et amicorum ac fratrum nostrorum honorandorum, ad plenum confisi eisdem penes litteras et mandatum ejusdem Domini nostri Regis, ipsis per suam Majestatem datum, *nos quoque plenum mandatum nostrum, plenamque et omnimodam facultatem et auctoritatem nostram in eo dandam duximus et concedendam*, *ut ipsi nomine et in persona nostra ac totius hujus Regni Hungarie* siue cum serenissimo et excellentissimo Principe et domino, domino Maximiliano Romanorum Rege etc. siue cum Oratoribus ejusdem per Suam Majestatem ad id deputandis, ad oppidum Ovár, vel alibi ubi de partium voluntate opus erit, convenire *ac super rebus et negociis necessariis, juxta nostrum informationem, cum eisdem loqui tractare disponere et concludere*, ac generaliter omnia et singula in eisdem rebus facere disponere et concludere possint et valeant, que ad ea negotia deducenda necessaria visa fuerint, Eciamsi talia fuerint, que mandatum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum, et que nos ipsi facere possemus aut deberemus, si personaliter interessemus *Promittentes in verbo nostro et bona fide mediante, nos omnia et singula quaecunque per dictos Oratores dicti domini nostri Regis in hujusmodi conuentu acta*

tra-

tractata disposita et conclusa fuerint, rata et grata habere, ac firmiter et inviolabiliter velle obseruare, atque cum omnibus, quorum nostra interfuerit, cujuscunque status et conditionis existant, similiter facere observari, Litteris etiam et privilegiis nostris ea omnia roborabimus et confirmabimus, Quin etiam litteras et litteralia instrumenta si que in finalem conclusionem et perfectionem hujusmodi negociorum per eos tractandorum quibuscunque datae fuerint, litteris et Sigillis nostris redimere, et nos pro illis satisfacere volumus, Immo damus et concedimus harum nostrarum Sigillis nostris propriis consignatarum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Ciuitate Alba - Regali, in festo Natiuitatis beati Joannis Baptiste Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexto (L. S.) nro. 27.

XVII.

XVII.

Litterae Regales Civitati Soproniensi sonantes, quibus Ferdinandus I., inter alia etiam fine Coronationis filii sui Maximiliani in Regem Hungariae, Comitia Posonium ad 20-am Augusti indicit 6. Junii 1563. *a*)

Prudentibus, et Circumspectis Magistro Civium, Judici, et Juratis, caeterisque Civibus Civitatis nostrae Soproniensis etc. Fidelibus nobis dilectis! — Ferdinandus Diuina fauente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Rex etc.

Prudentes, et Circumspecti Fideles nobis dilecti! Meminisse vos haud dubie credimus, indictum fuisse per nos superioribus temporibus fidelibus Regni nostri Hungariae subditis pro Festo Epiphaniarum Domini Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesimi Primi proxime praeteriti generalem Conventum, eum tamen intervenientibus medio tempo-

re

a) In Supplement. ad Vestig. Comitior. Tom. 3. pag. 243. ex authentico Archivi Civitatis Sopron. —

re arduis quibusdam negotiis ad salutem, bonumque ejusdem Regni nostri publicum spectantibus, de quibus nos cum summo Pontifice, Regibus item et Principibus, aliisque Potentatibus Christianitatis, tunc temporis agere oportebat, in aliud commodius tempus fuisse dilatum, ne scilicet ea, quae tunc pro bono Regni plusquam Diaeta facere videbantur, posthaberemus, summeque, et diu exspectatam occasionem e manibus elabi pateremur. Quibus quidem impedimentis accessit postea saevitia pestis diuturnae, quae non solum Regnum hoc nostrum Hungariae, verum etiam alia nonnulla Regna, et Provincias nostras longe lateque pervagata est; Constare insuper vobis arbitramur, quod anno proxime elapso Serenissimum Principem Dominum Maxilianum Romanorum et Bohemiae Regem Filium nostrum Charissimum in Regno nostro Bohemiae coronari, et inde in Sacrum Romanum Imperium profecti eundem unanimi omnium Principum Electorum voto, praesentibus aliis quoque quam plurimis ejusdem Imperii ecclesiasticis pariter et saecularibus Principibus *in Romanorum quoque Regem solenniter declarari*, et coronari fecerimus, et hoc quidem Deo Optimo Maximo propitio pro nostra erga Regnum istud nostrum sollicitudine, et paterno affecta mature et feliciter, ut scilicet conjunctis imperii et Regni Bohemiae viribus vestrae, ceterorumque fidelium subditorum nostrorum quieti, atque saluti consuleretur. Tandem vero cum huc venissemus, generalis Concilii Tridentini negotiis aliquamdiu remorati sumus, ut illud tamquam summus Ecclesiae Dei advocatus imprimis ad divinae

suae

suae Majestatis gloriam, deinde totius Christianitatis unitatem pro virili nostra promoveremus. His itaque omnibus finitis, nullam in celebranda generali Diaeta ipsa longiorem moram seu dilationem facere voluimus, et propterea generalem Conventum universis Regni nostri Hungariae et Partium ei subjectarum fidelibus subditis nostris pro Festo S. Stephani Regis et Confessoris proxime venturo, quod est vigesima dies proximi mensis Augusti ad Civitatem nostram Posoniensem indicere, promulgareque decrevimus. *Quo quidem in Conventu cum aliis de rebus et negotiis publicis ad defensionem et bonum Regni pertinentibus more consueto agi, et tractari volumus, tum vero quia Status, et Ordines Regni ipsius nostri Hungariae in plerisque Diaetis nos supplicarunt, ut quotiescunque nos ab eodem Regno nostro longius abesse contingeret, Serenissimus Princeps Dominus Maximilianus Romanorum et Bohemiae Rex Filius noster charissimus inter ipsos manendo Regni curam post nos gereret*, considerato, quod postquam Dei optimi maximi benignitate ad hoc Caesareae dignitatis culmen et Fastigium evecti sumus, non solius Regni nostri Hungariae sed totius Christianitatis regendae et gubernandae cura nobis incumbat. Et propterea ab eodem Regno nostro saepius et aliquando diutius pro Regni quoque istius nostri bono nos abesse oporteat, *eundem Serenissimum Principem Dominum Maximilianum Romanorum et Bohemiae Regem Filium nostrum primogenitum* charissimum pro singulari et paterno in illius Serenitatem amore nostro, vestraque et

omnium Fidelium nostrorum utilitate *in legitimum post nos Hungariae Regem recipiendum, pronunciandum, declarandum, recognoscendum, et accedente omnium consensu, scitu et approbatione Ordinum et Statuum Regni juxta veterem morem, et consuetudinem in primogenitis divorum quondam Hungariae Regum praedecessorum nostrorum observatum, debita solennitate coronandum decrevimus.* Nihil dubitantes, quod quemadmodum hactenus idem Filius noster in procurandis et promovendis his, quae ad utilitatem, salutem, et incolumitatem Regni istius nostri, vestramque et omnium Fidelium nostrorum spectant, nusquam defuit, ita imposterum quoque hoc stimulo excitatus, quibuslibet ejusdem Regni nostri commodis majori adhuc animi ardore, alacritate, et vigilantia nobiscum una incumbat. Fidelitati igitur Vestrae harum serie firmiter committimus et mandamus, ut ad diem et locum praenominatum speciales et solennes vestros legatos, et nuncios de medio vestri electos cum plena informatione, et autoritate ad tractanda agenda, et concludenda negotia praedicta mittere, et expedire debeatis. Et quia ad praefatum diem personaliter Posonii certo comparere decrevimus, ac postea alia multa, et ardua negotia habituri sumus, quae ad vestram, et totius Christianitatis utilitatem pertinent, volumus, et vobis serio committimus, ut ad praefatum Festum S. Stephani Regis dictos Nuncios et legatos vestros certo et indubitate, ne scilicet exspectare cogamur, ad praedictum locum mittere, et expedire debeatis, ut hoc facto ipsi quoque eo maturius

ad

ad vos reverti possint. Secus sub poena generalis Decreti non facturi. Datum in Oppido nostro Oeniponti sexta die mensis Junii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio. Ferdinandus m. p. Francisc. Forgách E. Varadien. m. p. (L. S.)

				Menda:	*Emenda:*
Pag.	71.	*Lin.*	6.	dah,	daß.
—	75.	—	26.	er,	ee.
—	105.	—	19.	phisicas,	physicas.
—	116.	—	2.	eotum,	eorum.
—	128.	—	15.	proprius,	propius.
—	182.	—	6.	aut haereditarii Domini Regis denique-,	aut haereditarii Domini, Regis denique. - -
—	256.	—	30.	Roth,	Gwth.
—	290.	—	25.	Groth,	Gwth.
—	302.	—	26.	affecta,	affectu.

ALMUS.

: Hung. electus

Zoltar
Uxor 1

Toxus
U:

997.
D. filia.

lon. D.

ALMUS.

Arpad Dux Hung. electus a. Ch. 892. † 907.

- Tarkatz.
  - Tebele.
    - Termatz.
- Jelech.
  - Ezelech.
    - Thase.
- Jutoczas.
  - Phalitzin.
    - Phale.
- Zoltan Dux Hung † 947.
Uxor Ducis Bihoriensis filia.
  - Toxus Dux Hung. † 972.
Uxor Cumana.
    - Geiza Dux Hung. † 997.
Sarolta, Gyulae Transylv. D. filia.
      - S. Stephanus primus Rex Hung. † 1038.
Gisela, Henrici Rixosi Bavariae D. filia.
        - S. Emericus † 1031.
      - Juditha,
n. Boleslao Polon. D.
      - Gisela,
n. Ottoni Veneto
        - Petrus Rex Hung.
      - Sarolta,
n. Samueli Aba
R. Hung. † 1044.
    - Michaël
Uxor N.
      - Vide Tab. II.

haël.
r. N.

Rex Hung. † 10
slai M. D. Russ

Adelhais
n. Wratislao I

S. Ladislaus
Adelhais, Ru
sis Antica

Prisca, G
n. Joanni C

† 1141.
n. Sol

Fort. Sophia
Magnati Hung.

Saul.

Michaël.
Uxor. N.

Vasul seu Basilius.

Ladislaus Calvus.
Uxor anonyma Russa.

Andreas I. Rex Hung. † 1061.
Anastasia, Jaroslai M. D. Russiae F.

Bela I. Rex Hung. † 1063.
Richeza, Miecislai II. D. Polon. F.

Leventa.

Salomon Rex Hung.
regn. usque 1074. † 1087.
Juditha, Henrici III. Imp. F.

David.

Adelhais,
n. Wratislao II. D. Bohem.

Geiza I. Rex Hung. † 1077.
Conjux N.

S. Ladislaus Rex Hung. † 1095.
Adelhais, Rudolphi Rheinfeldensis Anticaesaris F. † 1090.

Euphemia,
n. Ottoni Morav. D.

Helena,
n. Zvonimiro Croat. et Dalm. R.

Lambertus.

Colomannus Rex Hung. † 1114.
Ux. 1-a Busilla, Rogerii Com. Sicil. F.
2-a Predslava, Svatopolci M. D.
Russiae F. ex qua Borichius nothus.

Almus.
Uxor N.

Prisca, Graecis Irene,
n. Joanni Comneno Graec. Imp.

Sophia,
n. Magno Sax. D.

Bela II. Rex Hung. † 1141.

Vide Tab. III.

Adelhais,
n. Sobieslao D. Bohem.

Hedvigis,
n. Adalberto March. Austr.

Ex 1-a Stephanus II. Rex Hung. † 1131.
Ux. fort. Adelhais, Henrici de Stephaning F.

Ladislaus.

Fort. Sophia
n. Magnati Hung.

Saul.

Tab. III.

Coecus Rex Hu
osii Serviae M

tephanus IV. F ia
lis.

s. Geiza. etha,
n. I reae
n. Simeg.

Salomon. itia,
Regi Boh.

Rex Boh.
ilippi Imp. F.

Andreas. Ex Rex Boh.
lae IV. R. H.
n. Neptis.
r 5. VI.)

Bela II. Coccus Rex Hung. † 1141.
Helena, Urosii Serviae Magni Com. F.

Geiza II. Rex Hung. † 1161.
Euphrosyna, Isaslai M. D. Russiae F.

Ladislaus II. Rex Hung. † 1163.

Stephanus IV. R. H. † 1165.

Almus.

Gertrudis,
n. Miecislao Pol. D.

Sophia
Monialis.

Stephanus III. Rex Hung. † 1173.
Agnes, Henrici I. D. Austriae F.

Bela III. Rex Hung. † 1196.
Ux. 1-a Anna, Rainaldi Princ. Antiocheni F.
2-a Margaretha, Ludovici VII. Regis Gall. F.

Arpadus.

Geiza.

Helena,
n. Leopoldo Austr. D.

Elisabetha,
n. Friderico Boh. D.

Odola,
n. Svatopluco
Boh. D.

Margaretha,
n. Andreae
Supr. Com. Simeg.

Emericus Rex Hung. † 1204.
Constantia, R. Arragoniae F.

Ladislaus III. Infans R. H. † 1205.

Andreas II. Rex Hung. † 1235.
Ux. 1-a Gertrudis, Bertholdi D. Meraniae F.
2-a Jolanta, Petri C. Antissiodor. F.
3-a Beatrix, Aldobrandini March. Estensis F.

Salomon.

Stephanus.

Margaretha,
Graecis Maria,
n. 1. Isaacio Angelo Graec. Imp.
2. Bonifacio Montis Ferrati
March. et Regi Thessalonicae.

Constantia,
n. Ottocaro I. Regi Boh.

Wenceslaus I. Rex Boh.
Cunegund. Philippi Imp. F.

Ex 1-a Bela IV. Rex Hung. † 1270.
Vid. Tab. IV.

Colomannus R. Galiciae.
Salomea, Lesci Albi
D. Polon. F.

S. Elisabetha,
n. Ludovico Thuring.
Landgravio.

Maria,
n. Asano,
R. Bulg.

Andreas.

Ex 2-a Jolanta,
n. Jacobo I. Ar-
ragoniae R.

Ex 3-a Stephanus Posthumus.
Thomasina Mauro-
cena Veneta.

Andreas III. Rex Hung. † 1301.
Ux. 1-a Fenenna, Zemomisli Cuja-
viae D. F.
2-a Agnes, Alberti I. Imp. F.

Ex 1-a Elisabetha,
Wenceslai II. R. Boh. filio Wence-
slao desponsata; deinde Monialis.

Ottocarus II. Rex Boh.
Cunegund. Belae IV. R. H.
ex Anna F. Neptis.
(Vid. Tab. VI.)

Tab. IV.

ı IV. Rex Hung
ɛodori Lascar. (

S. Cunegundis,
Boleslao Pudic.
Polon. D.

betha,
ɛnrico
r. D.

Anna,
n. Andron.
Graec. Imp.

Bavarus
ıng. † 1312.
, Rudolphi
g. Imp. F.
Henrici Wra-
et Glogaviae
. F.

Henricus.

Bela IV. Rex Hung. † 1270.
Maria, Theodori Lascar. Graec. Imp. F.

- Stephanus V. Rex Hung. † 1272. Elisabetha Cumana.
  - Ladislaus IV. Rex Hung. † 1290. Elisabetha, Caroli I. Regis Sicil. F.
  - Andreas, D. Sclavoniae.
  - Maria, n. Carolo II. Claudo Siciliae Regi.
    - Vid. Tab. V.
  - Anna, n. Andron. Graec. Imp.
  - Elisabetha, Monialis in Insul. Lepor.
  - Catharina, n. Steph. Dragutino R. Serviae.
- Bela † 1269.
- Anna, n. Ratislao Galic. D.
  - Vid. Tab. VI.
- S. Cunegundis, n. Boleslao Pudic. Polon. D.
- Constantia, n. Leoni Russ. D.
- B. Margaretha, Monialis.
- Helena, n. Boleslao Pio Polon. D.
- Elisabetha, n. Henrico Bavar. D.
  - Otto Bavarus Rex Hung. † 1312. Ux. 1-a Anna, Rudolphi Habsburg. Imp. F. 2-a Agnes, Henrici Wratislaviae et Glogaviae D. F.
    - Ex 2-a Henricus.

Tab. V.

Maria, Steph. V
Carolus II. Clau(

ppus, Petrus.
arent.

bertus.
ilippus.
dovicus.
rgaretha.
ne.

Maria.

ung. † 1382.
roli IV. Imp. F.
oh. Bosniae B. F.

1395.
Hung.

Maria, n. Sanctio R. Majoricae.

Beatrix, n. Azoni March. Esten.

. H. † 1386.

h.
.

Joanna II.
Regin. Neap.

. F.

Elisabetha,
n. Philippo Tarentino.

Maria, Steph. V. R. H. F.
Carolus II. Claudus Sicil. R.

Carolus Martellus † 1295.
Clementia, Rudolph. I. Imp. F.

S. Ludovicus,
Episc. Tolosan.

Robertus R.
Neap. † 1343.

Philippus,
D. Tarent.

Petrus.

Tristanus,
D. Salernit.

Joannes,
D. Dyrrach.

Margaretha,
n. Carol. C.
Valesiae.

Blanca,
n. Jacobo II.
Arrag. R.

Eleonora,
n. Frid. II.
Sicil. R.

Maria,
n. Sanctio R.
Majoricae.

Beatrix,
n. Azoni
March. Esten.

Carolus I. Rex Hung. † 1342.
Ux. 1. Maria, Casimiri Tessinensis D. F. † 1317.
2. Beatrix, Henrici VII. Imp. F. † 1319.
3. Elisabetha, Wladislai Locticі R. Polon. F.

Clementia,
n. Ludov. X.
Gall. R.

Carolus Calab. D.
† 1328.

1. Robertus.
2. Philippus.
3. Ludovicus.
4. Margaretha.
5. Irene.

Carolus. Robertus. Ludovicus.

Margaretha; — maritus: Carolus II. Parvus R. H. † 1386.

Joanna I. R. Neap.
† 1382.
n. 1. Andreae, Car. I. R. H. F.
2. Ludov. Tarent.
3. Jacobo III. R. Majoricae.
4. Ottoni D. Brunsvic.

Maria.

Ladislaus Dyrrach.
Rex Neap. † 1414.

Joanna II.
Regin. Neap.

Ex 3-a Carolus † 1327.

Ladislaus † 1329.

Ludovicus I. Rex Hung. † 1382.
Ux. 1. Margaretha, Caroli IV. Imp. F.
2. Elisabetha, Steph. Bosniae B. F.

Andreas † 1345.
Joanna I. R. Neapol.

Carolus Martellus † 1348.

Stephanus.
Margaretha, Ludov. IV. Imp. F.

Joannes,
D. Sclav. Croat. et Dalm.

Elisabetha,
n. Philippo Tarentino.

Ex 2. Catharina.

Maria I. R. Hung. † 1395.
Sigismundus Imp. et R. Hung.

Hedvigis Reg. Polon.
n. Wladislao Jagelloni R. Polon.

lae IV. Reg. Hu
islao Duci Galicia

etha,
alis.

R.

Venceslaus II. Bo
Juditha, Ru

Agnes.

Venceslaus III. R.

Anna,
Henrico Carinth. D.

Joannes † 1396.
D. Gorlicensis.

aus V. Posthumus R. H. † 1457.
agdalena, Caroli VII. Gall. R. F.

ert. Alexander, R. Polon.

Sigi

Ux. 1.

2.

betha,
derico
nicens.

Anna,
n. Bogislao
Pomer. D.

Barbara,
n. Georgio
Saxon. D.

smundus II.
olon.

Soph
n. He
Brun.

Anna,
n. Báthory R. Polon.

Anna, Belae IV. Reg. Hung. F.
n. Ratislao Duci Galiciae.

Michaël, Bosn. D. — Bela, Machov. et Bosn. D. — Margaretha, Monialis. — Griphina, n. Lesco D. Polon. — Cunegundis, n. Ottocaro II. Bohem. R.

(Children of Cunegundis:) Wenceslaus II. Boh. et Polon. R. † 1305. Juditha, Rudolphi I. Imp. F. — Agnes.

(Children of Wenceslaus II.:) Elisabetha, n. Joanni D. Lucenb. et R. Boh. — Wenceslaus III. R. Hung. et Boh. † 1306. — Anna, n. Henrico Carinth. D.

(Children of Elisabetha:) Carolus IV. Imp. et Rex Boh.
Ux. 1. Blanca, Caroli Com. Valesiae F.
3. Anna, Svidnicens. D. F.
4. Elisabetha, Bogislai Stettin. D. F.
— Anna, n. Ottoni Austr. D. — Joannes, March. Morav.

(Children of Carolus IV.:) Ex 1-a Margaretha, n. Ludov. I. R. H. — Ex 3-a Wenceslaus IV. Imp. et R. Boh. † 1419. — Ex 4-a Sigismundus Imp. R. Hung. † 1437.
Ux. 1-a Maria I. R. Hung.
2-a Barbara, Hermanni C. Cileiens. F.
— Joannes † 1396. D. Gorlicensis.

(Child of Sigismundus:) Ex 2. Elisabetha † 1442.
n. Alberto Austr. D. Imp. et R. Hung. † 1439.

Anna, n. Wilhelmo Saxon. D. — Elisabetha † 1505. n. Casimiro Pol. R. † 1492. — Ladislaus V. Posthumus R. H. † 1457. Sp. Magdalena, Caroli VII. Gall. R. F.

(Children of Anna:) Margaretha, n. Joanni Elect. Brand. cogn. Cicero Germ. — Catharina. Desp. Henrico, alias Hinconi, Georg. Podiebradii R. Boh. F.

(Child of Margaretha:) Joachimus I. Elect. Brand.

(Child of Joachimus I.:) Joachimus II. Elect. Brand. etc.

(Children of Elisabetha:) Wladislaus II. R. H. (Vid. Tab. VII.) — S. Casimirus. D. Polon. — Joannes Albert. R. Polon. — Alexander, R. Polon. — Sigismundus I. R. Pol. † 1548.
Ux. 1. Barbara Steph. de Zápolya F.
2. Bona, Joan. Galeacii D. Mediolan. F.
— Fridericus, Cardin. — Hedvigis, n. Georg. Bav. D. — Sophia, n. Friderico March. Brand. — Elisabetha, n. Friderico D. Lignicens. — Anna, n. Bogislao Pomer. D. — Barbara, n. Georgio Saxon. D.

(Children of Sigismundus I.:) Ex 1-a Hedvigis, n. Joachimo II. Elect. Brandenb. — Ex 2-a Sigismundus II. R. Polon. — Sophia, n. Henrico Brunsvic. — Isabella, n. Joanni Zápolya R. H. † 1540. — Catharina, n. Joanni R. Sveciae. — Anna, n. Steph. Bathory R. Polon.

(Child of Isabella:) Joannes Sigismundus † 1571.

Tab. VII.

II. Rex Hung. † 15
Gastonis C. Candalle

ndus A. A. Tyrolis. ippina Velser. a, Guilielmi Iantuae F.	M n. W D. C	Barbara, n. Alphonso D. Ferrar.	Carolus A. A. D. Stiriae. Vid. Tab. VIII.

I. Imp. R. Hung. † 1
Ferdinandi C. Tyr. F

Elisabetha, n. Carolo IX. R. Gall.	Margaretha, Monial.

Wladislaus II. Rex Hung. † 1516.
Anna de Foix, Gastonis C. Candallensis F.

Ludovicus II. Rex Hung. † 1526. Maria, Philippi Pulchri A. D. Austr. et Castellae R. F.	Anna † 1547. Ferdinandus I. Imp. et Rex Hung. † 1564.

Elisabetha, n. Sigism. II. Pol. R.	Maximilianus II. Imp. et R. Hung. † 1576. Maria, Caroli V. Imp. F.	Eleonora, n. Guilielmo D. Mantuae.	Anna, n. Alberto V. D. Bavar.	Ferdinandus A. A. Comes Tyrolis. Ux. 1. Philippina Velser. 2. Anna, Guilielmi D. Mantuae F.	Maria, n. Wilhelmo D. Cliviae.	Catharina, n. 1. Franc. D. Mant. 2. Sigism. II. R. Pol.	Joanna, n. Franc. D. Hetr.	Magdalena, Margaretha, Helena: Moniales.	Barbara, n. Alphonso D. Ferrar.	Carolus A. A. D. Stiriae. Vid. Tab. VIII.

Anna, n. Philippo II. R. Hisp.	Rudolphus II. Imp. Rex Hung. † 1612.	Ernestus. A. A. † 1595.	Matthias II. Imp. R. Hung. † 1619. Anna, Ferdinandi C. Tyr. F.	Maximilianus. A. A. † 1618.	Albertus. A. A. † 1621. Isabella, Phil. II. R. Hisp. F.	Elisabetha, n. Carolo IX. R. Gall.	Margaretha, Monial.

Tab. VIII.

- Dux Austriae, D
Alberti V. Bavar. I

tia, Ferdinan
. III. Ux. 1-a Ma us. Carolus Posthumus,
R. 2-a Ele. A. A.
Ferd. Episc. Vratisl.
tr. F.

57. Mar
n. Maxim s A. A.
Tyrol. F. isc.

opoldus I. Imp. Rex
Margaretha, Philip ia Anna,
Claudia Felicitas, Jan. Wilhel.
et Com. Tyr. ect. Pal.
Eleonora Magdalena
Elect. Pal. F.

Maria Elisabetha,
elgii Gubernatrix. † 740. Maria Magdalena,
olph. Gubernatrix Tyrolis
† 1743.

† 1756. Maria Anna † 1744.
p. et Elect. Bav. Belgii Gubernatrix,
n. Carolo Alexan. Pr. Loth.

Carolus Archi-Dux Austriae, Dux Stiriae.
Maria, Alberti V. Bavar. D. F.

Anna,
n. Sigism. III. R. Polon.

Maria Christierna,
n. Sigism. Báthory
S. R. I. et Transylv. Princ.

Maria Margaretha,
n. Philippo III. R. Hisp.

Constantia,
n. Sigism. III.
Pol. R.

Ferdinandus II. Imp. Rex Hung. † 1637.
Ux. 1-a Maria Anna, Wilhelmi Bav. D. F.
2-a Eleonora, Vincent. Gonz. D. Mant. F.

Maximilianus.
A. A.

Leopoldus.
A. A.
Claudia, Ferd.
M. D. Hetr. F.

Carolus Posthumus,
A. A.
Episc. Vratisl.

Ex 1-a Ferdinandus III. Imp. Rex Hung. † 1657.
Ux. 1-a Maria Anna, Philipp. III. R. Hisp. F.
2-a Maria Leopoldina, Leopoldi A. A. et C. Tyrol. F.
3-a Eleonora, Caroli D. Mant. F.

Maria Anna,
n. Maxim. I. Elect. Bav.

Caecilia Renata,
n. Wlad. IV. R. Pol.

Leopoldus Wilhelmus A. A.
Passaviens. etc. Episc.

Ex 1-a Ferdinandus IV. R. Hung. † 1654.

Maria Anna,
n. Philippo IV. R. Hisp.

Leopoldus I. Imp. Rex Hung. † 1705.
Ux. 1-a Margaretha, Philipp. Hisp. R. F.
2-a Claudia Felicitas, Ferd. Car. A. A.
et Com. Tyr. F.
3-a Eleonora Magdalena, Philipp. Wilh.
Elect. Pal. F.

Ex 2-a Carolus A. A.
Ep. Passav.

Ex 3-a Eleonora,
n. 1. Mich. R. Pol.
2. Carolo D. Loth.

Maria Anna,
n. Joan. Wilhel.
Elect. Pal.

Ex 1-a Maria Antonia,
n. Maxim. Eman. Elect. Bav.

Ex 3-a Josephus I. Imp. Rex Hung. † 1711.
Wilhelmina Amalia Joan. Frid.
D. Hanover. F.

Maria Elisabetha,
Belgii Gubernatrix. † 1741.

Maria Anna,
n. Joan. V. R. Lusit.

Carolus VI. Imp. Rex Hung. † 1740.
Elisabetha Christina, Ludov. Rudolph.
Brunsv.-Guelpherbytani D. F.

Maria Magdalena,
Gubernatrix Tyrolis
† 1743.

Maria Josepha † 1757.
n. Frid. Aug. R. Polon.
et Elect. Saxon.

Maria Amalia † 1756.
n. Carolo VII. Rom. Imp. et Elect. Bav.

Maria Theresia Imp. R. Hung.

Vid. Tab. IX.

Maria Anna † 1744.
Belgii Gubernatrix,
n. Carolo Alexan. Pr. Loth.

heImp. R. Hung.
p. , Hetrur. D. Lo

M. A opcII. Imp. Rex Hu
A Maudovica, Caroli
† sp. R. F.

pern. Antonia,
A. † 1793.
naldi Ludov. XVI.
F. Gall. R.

Maximilianus,
A. A.
Elect. Colon
† 1801.

M. Th
A.
n. Vict
R. S

Manus, A. ns.

Carolus
Amb. A. A.
Estens.
Primas
Hung.
† 1809.

M. Ludovica,
A. A. Conjux
3-a Franc. I.
Austr. Imp.
† 1816.

M. usA.
n. m.
. A FrWilhel.
rin n. sov.-
brF.

Leopoldus
A. A. Pal
† n.

nes lius,
hb.-
et.
Rex.

Ludovicus,
A. A.

Rudolphus,
A. A. Cardina-
lis, et Archi-
Episc. Olomuc.

rts Carolus Ferd.
at A. A. nat. 1818.

E

ia. A.
Naeginc.
De.

Josephu

ia Anna A. A.

nc

Maria Theresia Imp. R. Hung. † 1780.
n. Francisco I. Imp. M. D. Hetrur. D. Lotharing. † 1765.

- M. Anna, A. A. † 1789.
- Josephus II. Imp. R. Hung. † 1790. Ux. 1-a Maria Isabella, Philippi Inf. Hisp. et D. Parm. F. † 1763. 2-a Maria Josepha, Carol. VII. Imp. F. † 1767.
  - Ex 1-a Maria Theresia A. A. † 1770.
- M. Christina, A. A. † 1798. n. Alberto Reg. Princ. Polon. et Sax. Tessin. D.
- M. Elisabetha, A. A. Abbat. † 1808.
- Carolus, A. A. † 1761.
- M. Amalia, A. A. † 1804. n. Ferd. Inf. Hisp. et D. Parm.
- Leopoldus II. Imp. Rex Hung. † 1792. Maria Ludovica, Caroli III. Hisp. R. F.
  - M. Theresia, A. A. n. Antonio R. Princ. Saxon.
  - FRANCISCUS I. Austr. Imp. Rex Hung. Ux. 1-a Elisabetha, Frid. Eug. D. Würtenb. F. † 1790. 2-a M. Theresia, Ferdinandi R. Sicil. F. † 1807. 3-a M. Ludovica, Ferdinandi A. A. Gubernat. Mediol. F. † 1816. 4-a Carolina Augusta, Maximil. Jos. R. Bav. F.
    - Ex 2-a Maria Ludovica A. A. n. Napoleoni tunc Gall. Imp. Ducissa Parm. Plac. et Guastall.
      - Franciscus D. Reichstadtensis.
    - Ferdinandus A. A. Coronae Princeps.
    - Leopoldina A. A. n. Petro, Reg. Lusit. et Brasil. Coron. Princ.
    - Maria Clementina A. A. n. Leopoldo, Reg. Princ. Siciliae.
    - Josephus A. A. † 1807.
    - Carolina A. A. n. Francisco Aug. Reg. Princ. Saxon.
    - Franciscus A. A.
    - Maria Anna A. A.
  - Ferdinandus A. A. M. D. Hetruriae. Ludovica, Ferd. R. Sicil. F. † 1802.
    - Leopoldus A. A. Haered. M. D. M. Anna, Maxim. R. Princ. Sax. F.
    - M. Ludovica A. A.
    - Theresia A. A. n. Carolo Princ. Sabaud. Carign.
  - M. Anna, A. A. † 1809
  - Carolus A. A. Gubern. Bohem. Henrietta, Frid. Wilhel. Supr. Princ. Nassov.-Weilburgici F.
    - M. Theresia, A. A. nat. 1816.
    - Albertus, A. A. nat. 1817.
    - Carolus Ferd. A. A. nat. 1818.
  - Leopoldus Alexand. A. A. Palat. Hung. † 1795.
  - Josephus A. A. Palatinus Hung. Ux. 1. Alexandrina, Pauli Russ. Imp. F. † 1801. 2. Hermina, Victor. Car. Frid. Anhalt-Bernb-Schaumb. Princ. F. † 1817. 3. Maria Dorothea, Ludovici Frid. Alexand. D. Würtenb. F.
    - Ex 2-a Hermina A. A. et Stephanus A. A. Gemell. nat. 1817.
  - M. Clementina, A. A. † 1801. n. Franc. Januar. Cor. Princ. Sicil.
  - Antonius, A. A. Teuton. Ord. in Imper. Austr. M. Magist.
  - Joannes Bapt. A. A.
  - Rainerius, A. A. R. Lomb.-Venet. Pro-Rex.
  - Ludovicus, A. A.
  - Rudolphus, A. A. Cardinalis, et Archi-Episc. Olomuc.
- M. Carolina, A. A. † 1814. n. Ferd. Sicil. R.
- Ferdinandus A. A. Gubern. Mediol. † 1806. M. Beatrix, Herc. Rainaldi Estensis, D. Mutin. F.
  - M. Theresia, A. A. n. Victori Em. R. Sard.
  - M. Leopoldina, A. A. n. Carol. Theod. Elect. Palat.
  - Franciscus A. A. Estensis, D. Mutin. M. Beatrix, Vict. Em. R. Sard. F.
    - M. Theresia, nat. 1817.
    - Franciscus, nat. 1819.
  - Ferdinandus A. A. Estensis, Supr. Arm. Praef. in Hung.
  - Maximilianus, A. A. Estens.
  - Carolus Amb. A. A. Estens. Primas Hung. † 1809.
  - M. Ludovica, A. A. Conjux 3-a Franc. I. Austr. Imp. † 1816.
- M. Antonia, A. A. † 1793. n. Ludov. XVI. Gall. R.
- Maximilianus, A. A. Elect. Colon † 1801.